




hat koma.



BIBLIOTHECA
UNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

37748

NAME



5218

b. 10



37748

I

N. 141

P V G N A
S P I R I T U A L I S.

T R A C T A T U S
V E R E A V R E V S.
D E P E R F E C T I O N E
V I T A E C H R I S T I A N A E.

Olim Hispanice à R. P. IOANNE
Castaniza Monacho Benedictino
Monasterij Onnienensis professo edi-
sus, postea Italice, Germanice: ac
eandem redditus Latine à R. D.
IOD. LORICHO, S. Th. D.
& Profess. in Acad. Fri-
burg. Brisgoicæ.

Edictio nouissima ad exemplas
Hispanicum authoris casti-
gata, & auga.

POZNANIA, Anno Dñi, 1644.

Geol. pol. 8239

37248



Perillustri & Magnifico
Domino, Dño
L V D O V I C O
W E I H E R
WAŁECENSI &c. &c.
C A P I T A N E O.

Dño & Patrono colen-
dissimo.

PVgnam Spiritu-
alem, iteratò lucem
visuram, Tuis auspi-
ciis prodere par erat

* 2 PER.

Prefatio.

PERILLVSTRIS & MAGNIFICE DOMINE. Gentiliū Illustrissimae Domus Tuæ decus est, otiarinon posse, patriamque armis tutari. Tibi vero PERILLVSTRIS & MAGNIFICE DOMINE duplicati splendoris debetur laurea, cui ad tot pro patria præclarè gesta non vulgaris pietas accessit.

Præfatio.

cessit. Nemo pulchritus rempublicam tutatur, quām qui fortia gesta, nitore virtutum exornat: ut proinde nemo vitio verteremibi possit, cūm spirituale Tibi munus dicaui; adoro enim virtutē Tuam altius etiam mican tem, quām à vulgari quopiam spectari, nedū

Praefatio.

oppugnari possit. Quan-
quam ipsa virtus sibi
præmium, etiam sine a-
doratoribus triumpha-
re potest, maximè qui
DEVM illi præfixere.
Parum habuisti PER-
ILLVSTRIS & MA-
GNIFICE DOMINE,
si mundo celebris essem,
voluisti & cælo. illius
exornas Ianuam, dum
in Ma-

Præfatio.

in Matre uitentium.
sapienter enim uero.
Talis enim arcus Tri-
umphalis regnatrici
Tuo in pectore debetur
sanctitati. Videre Te
externæ nationes, atq;
ita videre, ut etiam
mirarentur: latè spar-
sist famam Tuam, iam
eò sublimius assurre-
xit, quò altiorem me-

Praefatio.

tam destinasti, D E V M
nimirum, & illam cu-
ius fundamenta in mon-
tibus sanctis. Extingui
non poteris; radiaturus
perennitati iam accen-
disti lampadem, pul-
chrius fulget, quia in
D E V M amoris igne ac-
censa: & quod firmior
Tua perpetuitas esse
possit, quam moliris Ba-
sili cam

Prefatio.

silicam, habebis arcem
inexpugnabilem. Fa-
ue ergo non operi meo;
meo inquam, quia rur-
sum ex me vitam iam
penè extinctum acce-
pit. Si tamen iam in
Tuum receperisti, et li-
bentius habeo, quo me
ipsum Tuum esse firmi-
us asscuero. Nec dubi-
ta PERILLVSTRIS E

MA-

Præfatio.

MAGNIFICE DOMINE exiguum hoc opusculum habere, quod obtutu Tuo sit dignum. aliquando exigua quæsis, magnâ stabilitate gloriantur. Dabit eis hic quod aduertas, eis laudes. Vnum pecto, ut, dum Pugnam Tibi consecro, pacem habeat virtus Tua: nisi hoc ipsum

Præfatio.

sum quilibet prudens
laudi ducat, liuori di-
splicere, Naturam in-
uidiæ nouimus; fortu-
nam alterius ferre non
potest. qui verò prudēs
est, prodest ē sibi, quia
quicquid laudauit in a-
lio, suum fecit. Vale
PERILLVSTRIS ē
MAGNIFICE DOMI-
NE, ē dum laborem
meum

Prefatio.

meum acceptabis, Tu-
um me esse arbitrare;
magnum fortuna mea
incrementum accessu-
rum non dubita, si inter
infimos ex Tuis nume-
rabis. Posnaniæ 20.
Maj. M. DC. XLIV.

Per illius: & Mag: Tue de chorius

Albericus Regulus

Typog. Posnani:

1600. 1600. 1600. 1600.
1600. 1600. 1600. 1600.

APPROBATIO.

HIC liber cui titu-
lus, P V G N A S P I-
R I T V A L I S, tractās
de perfectione vitæ Chri-
stianæ, in Latinum trans-
latus, & antè latinè edi-
tus, denuò utiliter excu-
detur. Actum Duaci 25.
Maij 1612.

*Georgius Coluenerius S. Th.
Doct. & Profess & libro-
rum in Academia Dua-
cena Censor & Vi-
sitor.*

OS) H (S^o
EDITIONIS
LICENTIA.

D

Placet quod prælo
mandetur.

M A R T I N V S M O-
R E S K I S. Th. Doct. Ca-
nonicus Posnaniensis, & Li-
brorum Ordinarius Censor.

Aetum Posnaniæ 12. April.
Anno Dñi 1644.

Ex libris H. Golowki
Coss in Ge. G. P. V.

qu
ni
sc

Propositio

P V G N A
SPIRITUALIS
S I V E
DE PERFECTIONE
VITÆ CHRISTIANÆ.

CAPVT I.

Quibus in rebus perfectio Christiana consistat: & de quatuor ad eam obtainendam necessariis.

DILECTE in Christo filii: si tibi curæ ac cordi est, sublimitatem Christianæ perfectionis asse- qui: ac cum Domino Deo tuo vni- niri, vnuisque cum eo spiritus ef- fici: C quo sanè nec utilius, neque

A præ

præstantius diuiniusq; ab homi-
ne quicquam fieri excogitarique
potest) scire te ante omnia o-
portet, quibus in rebus perfecta
spiritualis vita consistat.

Sunt enim non nulli, qui ho-
rum consideratione debita ne-
glecta arbitrantur perfectionem
hanc potissimum consistere in
austeritate vitæ, hoc est carnis
castigationibus, usu ciliciorum,
ieiuniis, vigiliis, horumque si-
milibus asperis exercitiis, affli-
ctionibusque corporis.

Alij verò, præsertim fœmi-
næ, leuiter sibi persuadent, se in
perfectione ista spirituali pluri-
mum profecisse, si multas quo-
tidie preces recitent, Missas plu-
res audiant, frequenter confite-
antur, sacramque Communio-
nem

SPIRITUALIS.

3

nem accipient.

Sunt & alij non pauci, & inter hos etiam quidam Religiosi, in claustris degentes, qui perfectionem hanc arbitrantur consistere in choro frequentando, in regularis silentij custodia, vita solitaria, reformatâ regulari disciplina, itaque aliis in illo, aliis in alio istiusmodi pio exteriori exercitio eam constituit: longe aliter quam se res habet. Tamen enim exercitia illa exteriora, pia, multum ad istam spiritualem perfectionem iuuent: non est tamen ea tota in istorum observatione constituta. Conserunt sine dubio ea exercitia, ut iisdem se prudenter occupans, faciliter obtineat gratiam Spiritus S. ad superandam fragilitatem car-

A 2

nis

4 P V G N A

nis suæ. Sed & muniunt hominem, armaturamque ei præstant aduersus infidias atque incursus communis intestissimique hostis nostri, ac tandem etiam prosunt ad multa pietatis opera tacilius fæliciusque præstanda; præsertim Tyronibus seu Nouitiis in hac spirituali palæstra.

Quin etiam iam exercitatis & confirmatis in illa spirituali palæstra, afferunt fructus spiritus multiplices: qui corpus suum propterea affligunt, quod Deum creatorem suum eo offendunt: & ut illud ad seruitium Dei adsuefiant, silent, etiam atque in solitudine viuunt, vt omnem peccandi occasionem deuitent, & absque mundi huius impedimentis tranquillus, fæliciusque medi-

SPIRITUALIS

5

meditationib⁹ cælestibus vacare possint. Ad hæc deuoti & attenti sunt in diuinis officiis, exercent se frequenter in operibus charitatis, in precibus, & frequenti sacra Communione: non aliam ob causam, quām ob honorem ac gloriam diuinæ Maiestatis, & ut per sanctam charitatem Domino Deo suo vniri valeant.

Qui verò in istiusmodi exterioribus exercitiis quiescunt, in iisque suum finem, constituunt; sæpè labuntur in grauia pericula salutis sive: non quidem proper ipfa exercitia exteriora, (quæ suaptè natura bona sunt, & plurimorum sanctorum exemplis commendata:) sed quod dumtaxat atteati sint ad ista ex-

A 3

terio-

teriora exercitiā : hominem au-
tem suum interiorem sinant na-
turalibus suis affectibus indul-
gere, & diaboli laqueis innecā.
Nam ybi malignus ille hostis e-
os videt in talibus exercitiis à
recta via aberrare: non solum si-
nit eos in iisdem quietē, ac cum
iucunditate quadam pergere:
sed & habenas eis laxat: ut vi-
deantur sibi iamiam velut in de-
litiis Paradisi (quas pro vana
sua persuasione leuiter imaginan-
tur ac singunt) obambulare,
Deumque in seipsis loquentem
audire. Vnde & in meditatio-
nibus suis curiosis atque pro-
fundis absorpti tantam quando-
que suavitatem, iucunditatēq:
experiuntur, vt se putent à mun-
do, omnibusq: creaturis seiun-

ctos

SPIRITUALIA.

7

etos, & velui extra se in tertium
usque cœlum raptos.

Sed quām grauiter hi omnes
semet decipient, quamque lon-
gē à vera perfectione aberrent:
ex reliqua ipsorum vita haud dif-
ficulter potest iudicari. Sunt e-
nīm ut plurimū homines sin-
gulares curiosi, & in vitam, mo-
resque aliorum, oculati censores
contraq: eorumdem facta, mur-
murantes. Et cūm ipsis aliquid
errati obijetur: vel à solitis su-
is exercitijs (quæ ex arida po-
tissimum consuetudine facit) nonnihil
impediuntur: aut ordi-
naria eis communio negatur:
confestim videris eos iracundia
incensos, inquietos, desperabun-
dos.

Quid si etiam Deus (ut eos ad
A 4 verum

veram sui cognitione reducat)
infirmitatem aut tribulationem
quampiam eis immittat, aut ob-
uenire permittat (huiusmodi e-
nim nunquam nisi diuina an-
nuente voluntate cuiquam con-
tingunt, & sunt quasi lydius la-
pis quo fidelitatem seruorum
suum Deus probare solet) mox
deprehendere licebit, quam fal-
so in suis exercitiis corporali-
bus nitantur fundamento, quam
corrupta habeant viscera, quan-
taque in eis lateat superbia. No-
lunt enim suam voluntatem, in
omnis generis euentis, prospe-
ris pariter & aduersis, prompte
resignare, nec seipso sub potenti
manu Dei humiliare: Nedum ad
humilis atque afflicti eius filij
exemplum se omniib⁹ etiam cre-
atu-

aturis humiliter subiiciant, ini-
micos suos, ut veros amicos, æ-
stimantes, & ut diuinæ bonitati,
instrumenta, cooperatoresque
salutis ac veræ reformationis,
mortificationisque ipsorum, co-
lentes. Quod sane euidens in-
dicium est, grauissimi in quo
versantur periculi. Corrupti e-
nim sunt oculi mentis ipsorum,
ut videntes opera sua exteriora
(etiam si bona) mox nescio
quos perfectionis gradus sibi ar-
rogent: indeque in superbiam
lapsi, alios temere iudicent, at-
que despiciant, nec est qui eos
ad sanam mentem reducat, nisi
D **E** **V** **S** eorum corda for-
titer feriat, mentisque tenebras
lumine suæ claritatis dispellat, ut
laqueos quibus innexi sunt, con-

spicientes, effugium querere possint: Facilius namque convertatur magnus peccator manifestus, quam simulatus iustus, qui pallio virtutis latentem iniquitatem celat.

Vides ergo, dilecte fili, satis manifeste: perfectionem spiritualem in praedictis operibus ac persuasionibus nullatenus constiteret. Scias autem in nulla re alia eam positam, quam in vera cognitione ineffabilis bonitatis & magnitudinis diuinæ: & in nostræ vilitatis, miseriæ, nullitatis, affectuumque nostrorum naturalium ad omnem malitiam proclivium, vera agnitione: Itē que in verò odio nostrarum personarum, & amore Dei: tandemque in nostræ propriæ voluntatis

SPIRITUALIS

IL

tis absoluta abnegatione, eiusdē
quæ in diuinam voluntatem re-
signatione. Scilicet ut homo se
totum, non solum omnipotenti
Deo, sed & propter ipsum omni
etiam creaturæ subijciat: & hoc
nullam aliām ob causam, quam
ut faciat, quod placitum est co-
ram Deo: cuius Majestati ut ab
omnibus purè seruiatur, omnis-
que honor, laus & gloria tribu-
atur, longe dignissimum est.

Hæc est abnegatio illa, quam
Saluator noster Christus sæpius
inculcauit. Hæc est illa vera o-
bedientia, ad quam **Dei** filius,
verbo & exemplo, suos fideles
seruos inuitat ac dirigit. Hæc
est desiderabilis Crux, quam fide-
les serui humeris suis imponere,
& sic **Christum** Dominum suum
sequi

sequi debent. Hæc illa dilectio,
quam Dñus noster toti mundo,
discipulisque suis, vt amicis & fi-
lijs, tam frequenter & præcipue
post nouissimâ Cœnâ, pedumque
lotionem, serio demandauit.

Itaque dilecte fili, si sublimi-
tatem tantæ perfectionis volueris
assequi: vim tibi facias op̄ortet:
& studeas teipsum in omnibus
affectionibus tuis, tam leuioribus,
quam grauioribus, semper vin-
cere, animumque tuum ad hanc
pugnâ diligenter instruere atque
armare. Etenim corona huius
certaminis, nulli datur, nisi le-
gitime ac strenue certauerit.

Sicut enim inter omnia certa-
mina hoc (de quo agimus) ma-
ximum ac difficultimum est: ita
& victoria ex eo reportata longe
glori-

SPIRITUALIS 13

gloriosissima gratissimaque Deo
est: adeò ut si inordinatos tuos
affectus, etiam sevissimos, supe-
raueris, conculeaueris, mortifi-
caueris, excideris: multò grati-
us obsequium Deo præstiturus
sis, quam si eis neglectis vltro te
ipsum usque ad sanguinem fla-
gelles, vel more antiquorum ar-
cissimè ieunes, aut multa infi-
delium vel peccatorum millia,
ad fidem Christi, pœnitentiam
que conuertas: Tametsi enim
Dominus Deus noster, conuersi-
ōnem animarum plus amat,
quam propriæ voluntatis tuæ
in leuioribus rebus abrenuntia-
tionem: nihilominus hoc te so-
lum ac præcipue velle agereque
oportet, quod ipse abs te vult fi-
eri. Atque sine dubio plus Deo
place-

14 P V G N A

placebis, si te ipsum in mortifica-
tione tuorum affectuum serio
occupes: quam si cum in ordi-
nato aliquo affectu: etiam ingen-
tia, ac quanta fieri possunt nego-
tia, præstes.

Cum ergo, dilecte fili, intelli-
gas quibus in rebus perfectio
Christianæ consistat: & quod ad
eandem obtinendam te in con-
tinua ac graui pugna semper vi-
torem esse opporteat. Par est ut
tanquam strenuus miles Christia-
nus te quatuor rebus, veluti ar-
mis necessarijs, munias, quibus in
hac spirituali palæstra victor e-
uadas.

- Scil.* { 1. Dissidentia de te ipso.
2. Confidentialia in Deo:
3. Iugis exercitatio.
4. Deuota Oratio.

De

SPIRITALIS 17

De quibus armis, auxiliante
Deo, deinceps ordine, breuiter
que tractabimus.

C A P V T II.

De diffidencie suipius

Diffidentiam tuipius, tribus medijs tibi comparare poteris: quorum primum, ut agnoscas, vere intimèque consideres extremam vilitatem ac miseriam tuam. simulque apud te certo statuas, nihil prorsus te boni ex te ipso facere vñquam posse. Etenim homo ad faciendum opus bonū ac meritorium apud Deum ex se ipso, non aliter impeditus est (vt ita dicam) atque grandis lapis ad mot.

ad motum sursum. Et eandem
propè inclinationem habet ho-
mo ad malum, quam grandis la-
pis deorsum ad terram.

Alterum medium est, ut hāc
tui dissidentiam, quoniam solius
Dei donum est, humilibus & ar-
dentibus precibus ab ipso effla-
gites. Sed prius apud te statuas
verèque agnoscas oportet, tecum
adem prorsus destitutum esse,
nec vñquam per te ipsum eam
posse acquirere: vt sic totus nu-
dus, fide constanti ad Deum ac-
cedas: beneque speres ipsum or-
ationem tuam benigne exaudi-
turum, & quam optas tui ipsius
dissidentiam, copiose largiturum.
Oportet tamen orationem hanc
de die in diem fieri ardentiorem:
atque in eadem perseuerando æ-
qua-

SPIRITUALIS 17

quoniam inter expectare, donec di-
uinæ prouidentiæ placitum sit,
istam tibi tui ipsius dissidentiæ
gratiam clementer tribuere. Hoc
si feceris, nihil dubites, eam te
aliquando consequuturum.

Tertium medium. ut si quan-
doque lapsus fueris in peccatum,
protinus mentis tuæ oculos, ad
iam dictam vilitatem, miseriam,
& ad faciendum bonum impo-
tentiam tuam conuertas. Nisi
enim eam intimè in te agnoscas,
sincerèque confitearis, numquā
à lapsibus securus eris.

Quicumque enim se cum in-
creata veritate vniuersitatis desiderat, hu-
ic suipius vera intimaque co-
gnitio omnino est necessaria. De-
us quippe homines superbos ac
precomptuosos finit quandoque
in gra-

in graue aliquod peccatum incideret: ut ad propriam vilitatem, fragilitatemque suam agnoscendam eos fecerat ac deprimat. Et quanto cuiusque superbia maior minorie fuerit, tanto grauus etiam aut leuius eum Deus habi permittit: usque adeo, ut si nulla in homine superbia (sicut in Deipara Virgine Maria) esset, nunquam eum Deus in peccatum habi permetteret.

Propterea mox ubi in peccatum aliquod lapsus fueris, festina cogitationibus tuis ad humilem agnitionem tui ipsius, & ardenti- bus precibus incessanter Domino Deo tuo supplica, ut verum tuæ menti lumen infundat, ad agnoscendam infirmitatem, misericordiamque tuam: sicut deinceps a graui-

in grauioribus lapsibus benignè
seruare atque defendere dignabi-
tur

C A P V T . III.

De confidentia in Deo.

ES T quidem in hac pugna
spirituali, diffidentia sui-
ipsius vehementer neces-
saria, & longè utilissima,
ut dictum est: nihilominus si ea
sola instructi in aciem ingressi
fuerimus. mox aut victi sucum-
bemus, aut turpi fuga elabendum
erit. Quamobrem suscepta tui-
ipsius diffidentia, mox ad Do-
minum Deum tuum confugias,
& pia confidētia ipsi supplicans,
omne bonum & auxilium ab eo
patien-

patienter expecta. Quia in re etiam tria te seruare oportet.

Primo namque auxilium tale ab ipsius Domini tui summa maiestate humilibus ardentibus que precibus instanter petendū est.

2. Deinde frequenter oculos mentis tuæ ad ipsum conuertens, intimè contéplaberis eius omnipotentiam, infinitamque Sapientiam: ut cui nec impossibile quicquam sit, neque graue: cuius bonitas imensa ac interminabilis, quæ ineffabili desiderio super parata ac prompta sit, cuncta nobis copiosè largiendi, quæ ad spiritualem vitam, atque ad victoriam ab hostibus reportandam, sint necessaria & utilia.

Quomodo enim fiet, ut diuinus

SPIRITV AKIS.

21

nus ille ac optimus Pastor, qui post perditam ouem, totos triduina tres annos anxietate maxima cucurrit: eamque magnis multisque clamoribus usque ad raucedinem ad se reuocauit: itaque per salebrosam ac spinosam viam ita quæsiuit, ut sanguinem etiam suum propterea fundere, vitaque amittere debuerit: quomodo fiet, inquam, ut is benignissimus Pastor, suos misericordes oculos, ab oue illa perdita iam ad ipsum clamante, Pastoremque suum anxie quærente, avertat, aure sue suas benignas ad eius clamorem obturet. Quomodo, quæso, promissionis suæ obliuisci poterit, ut eam non suscipiat in humeros suos, festumque exultationis cum Angelis suis in-

is in cœlis, super ea reducta non
celebret?

Aut quis umquam credat,
Dominum Deum nostrum, qui
magno desiderio cupit habitare
in cordibus nostris, in ijsque no-
biscum conuari: & ad distribu-
endos suos cælestes thesauros, ia-
nuam cordis nostri continuè pul-
sat: eum velle aurcs suas occlu-
dere, suumque accessum negare,
tunc enim homo iam cor suum
ipsi aperit, ipsumque ad conui-
uandum in eo, humillimè ac eni-
xissimè inuitat?

Tertio ad acquirendam con-
fidentiam in Deo solo, requiritur
frequens meditatio veritatis sa-
cra rum Scripturarum: quæ mul-
tis in locis manifestissimè nobis
testantur, quod confidentes in
Do-

Domino Deo nostro, numquam confusi sint.

Est præterea adhuc modus aliis, quo & sui ipsius dissidentia, & in solo Deo confidentiam homo potest acquirere: Scilicet ut in omnibus operibus tuis, priusquam aliquod incipias, te ipsum cogitationibus tuis ad considerationem tuæ fragilitatis tuae, tum omnipotentiæ bonitatisque Dei conuertas: dein operari incipias,

Hunc ordinem nisi in operib⁹ tuis diligenter obseruaueris, saxe deprehendes te deceptum, cū putares tecum magna in Deum confidentia opus suscepisse. Quia præsumptio atque superbia tantopere adhærent ac infixæ sunt homini, vt in tota vita sua ab ipsis dem.

dem vix expurgari valeat. Sic ergo actiones tuas ordinabis, ut consideratio fragilitatis, vilitatisque tuæ, simul & diuinæ omnipotentiaz ad te iuuandum promptissimæ, opus ipsum antecedat.

Præterea attende sedulo ne te ipsum decipias: sæpe enim tibi videbitur, te dissidentiam tui ipsius & confidentiam in Deo iam assentum esse: cum tamē adhuc longè aliter assensis. Quod ex tui animi motibz si quandoque labaris, facile cognosces. Nam si lapsus, in te tristitiam ac inquietudinem excitet, atque de progressu bonorum operū te velut desperare faciat. Evidens signum est, te in te ipso solo, & non in Deo confidere. Et quanto hæc in te ipso confidentia ac desperatio maior, mi-

nor
min
pso
con
ram
Deo
buer
ris I
pter
eris
tua
pter
con
Iras
osdi
ob
Dor
sti.
te i
cita
simi

S P I R I T U A L I S. 25

noruē fuerit: hoc quoque maior,
minorū in te erit tua de te i-
pso diffidentia, & in Deo solo
confidentia. E contrario, si ve-
ram de te ipso diffidentiam, & in
Deo solo confidentiam in te ha-
bueris: non magnoperē mirabe-
ris lapsus tuos, non multū pro-
pterea tristaberis, neque anxius
eris: quoniā agnoscis illos ex
tua fragilitate contigisse: pro-
ptereaque non minuent in te
confidentiam in Deum solum.
Irasceris quoque tibi propter e-
osdem lapsus corde contrito, nō
ob aliam causam, quam quod
Dominum Deum tuum offendis-
isti. Hęc agens, diffidentiam de
te ipso magis ac magis in te ex-
citabis, & confidentiam in Deū
simil augebis: vnde paulatim

B

in te

In te accendetur vehemens ze-
lus, obvniendi in suscepta ipini-
ali pugna victoriā, omnesque
hostes tuos usque ad interneci-
onem persequendi.

Quod equidem vellem quos-
dam homines spirituales diligen-
ter attendere: qui cum aliquan-
do in defectus incidunt, valde
impatientes redduntur. Ideo-
que nec quiescant, donec ad
Patrem suum spirituale seu Con-
fessarium veniant, ut suæ potius
anxietatis quodpram solatium
accipiant, quam ob alias pias
ac rectas causas: cum tamen ad
eum ideo solum deberent acce-
dere, ut a commissis peccatis per
absolutionem expurgarentur: &
per sacræ Communionis sum-
ptionem, spirituale quoddam
robur.

SPIRITUALIS. 27
robur contra hostes suos aqui-
rarent.

C A P V T IV.

*De exercitatione: & primum de
intellectu: & quomodo ab Igno-
rantia & Curiositate custodiendus
sit.*

IUVANT quidem multum
in pugna spirituali, dissiden-
tia sui ipsius, & in Deo solo
confidentia: ut hactenus o-
stendimus: at sola non valent ad
obtinendam victoriam, neque ad
firmam hominis a lapsibus cu-
stodiam. Idcirco præter ista duo,
ad pugnam hanc etiam necessaria
est EXERCITATIO, quam su-
pus

perius tertium genus armorū
spiritualium, statuimus.

Exercitatio autem hæc potissimum consistit in recto ac pio usu intellectus & voluntatis hominis.

Et primum quidem intellectus sedulo custodiendus est à malis duobus: Ignorantia, & Curiositate. Ab Ignorantia, quod intellectum oporteat esse purum ac lucidum, ut cognoscamus quæ nobis ad superandas passiones affectusque nostros sint necessaria.

Lumen autem quo intellectus ad ista cognoscenda illustratur, duobus medijs acquiritur.

Prius ac precipuum est Oratio, ut intimis suspirijs inuoces ac o-

res Spiritum sanctum, pro infusione luminis huius in animam tuam.

Posteriorius est quotidiana exercitatio, Ut omnes res, actiones, atque negotia tua accurate profundeque consideres: non solū secundum exteriorem aspectum, sed potius in seipsis verè ac intimè. Nam si in hac consideratione te aliquandiu sèdulo exercearis, facile deinceps intelliges quæ res & actiones bonæ aut mala sunt: quæ item verè bonæ, & quæ exterius dumtaxat apparent esse bonæ. Et hæ quidem posteriores multa ac splendida bona foris promittunt, sed nihil re ipsa præstant, nec ullam menti nostræ quietem afferunt.

Quamobrem, dilecte fili, at-

tende diligenter ad ea, quæ tibi
iam sum dicturus: multum enim
te ad feliciter pugnandum iuuab-
bunt. Itaque ut naturam ac pro-
prietates rerum omnium quæ
nobis quotidiè occurront, rectè
intelligas, fac sedulò ut volun-
tatem tuam puram ac liberam
serues ab omni motu, affectu ac
amore, qui non diriguntur aut
in Deum ipsummet, aut in me-
diā quæ adducunt ad eum.

Nam ut intellectus bonum à
malo rectè queat discernere, ne-
cessē est ut id faciat priusquam
voluntas aliquod eorum eligat
vel reprobet. Tunc enim adhuc
purus est, ut haud obscurè possit
cognoscere quid bonum verè sit,
quidue malum. Posteaquam au-
tem voluntas in rem aut opus
quod.

SPIRITALIS. 31

quodpiam consentit: mox impeditur intellectus, ut istud verē cognoscere non possit: voluntatis quippe consensus interueniens, rem aut opus istud usqne adeo inuoluit arque obscurat: ut intellectui longe melior atque splendidior foris appareat, quam reuera sit. Et si eam sic voluntati repræsentat, fit ut maiori desiderio eam prosequatur atque perquirat, siue in seipsa verē bona, seu mala fuerit. Et quanto voluntatis desiderium aut amor ardenter est, tanto crassius intellectum obnubilat: Is deinde sic deceptus, voluntatem ad eandem rem magis amandam inuitat. Vnde accidit ut hæ duæ præcipue potentiaz in hominis anima, tantopere decipientur ac leducantur.

ducantur, vt subinde ex histonebris, in alias, & ex hoc errore in grauiorem dilabantur.

Proinde diligenter caueas, nem aut opus quodpiam appetas amesque, nisi prius adhibitis, intellectus examine, & oratione ad Deum pro gratia illuminantis, ad istud verè cognoscendum, sicut bonum an malum. Atque hoc non solùm in omnibus alijs rebus, operibusque faciendum, sed & in pijs ac sanctis, quia licet hæ posteriores in se ipsis bona sint: potest tamen contingere, vt propter circumstantias temporis, loci, multitudinis, aut obedientię, tibi bona non sint. Unde saepe factum, vt multi suorum laudabilium piorumque laborū, graue passi sunt naufragiū.

Inte-

S P I R I T U A L I S. 33

Intellectum tuum etiam diligenter continebis à curiositate: ne quid hauriat, quod te ab obtinenda in hoc prælio victoria impedit. Curiosa enim disquisitio rerum terrenarum, quæ tibi necessariæ non sunt, venenum est animæ, etiamsi quandoque permisù sit eas scire. Contineas ergo intellectū tuum quatenus poteris, & coneris eum reddere insipientem. Nouitates, mutaciones in mundo magnas aut exiguae, si ad te nihil attinent, animo exclude. Et quoties ea audi dire aut spectare oportet, sèper in voluntate ijsdem contradicito. Quinetiam in cognoscendis rebus cælestibus, humilem te sèper ac sobrium exhibe: neque aliud quicquam scire desideres, quam

quām Chistum tuūm crucifixū,
ciuisque vitam & mortem. Reli-
qua autem omnia abs te repelle:
sic facies Domino Deo tuo obse-
quiūm gratissimum: quoniam i-
pse inter amicos optimos nume-
rat eos qui nolunt scire plura,
quām quæ eis necessaria sunt ad
diligendam ipsius immensam
bonitatem, & seipsoſ odio ha-
bendos. Quoniam in omnium
aliorum rerum notitia inquiren-
da: latet proprius amor, & quæ-
dam pēnicioſa superbia.

Si ergo te ab his diligenter
custodieris, multas hostium tuo-
rum iafidias effugies. Etenim
malignus ille spiritus attendens
constantem voluntatem co-
ram, qui ad spiritualem per-
fectionem contendunt, ita ut
possit eos ir-

S P I R I T U A L I S. 35

tum adducere: callide struit ini-
tio insidias intellectui ipsorum,
ut paulatim in ipsum pariter &
voluntatem obtineat imperium.
Scilicet his qui docti sunt, inge-
nitoque possent: suggestit subli-
mes atque subtiles cogitationes,
vt se iam putent cum Deo vni-
tos esse: atque sic obliuiscantur
sui ipsorum, nihilque cogitent de
emendatione conscientiarum, de
propriæ voluntatis resignatione,
& sujpius cognitione. Et hinc
incident in laqueos superbiae,
fabricantque sibi in intellectu suo
quodpiam velut Idolum propriæ
sapientiae, in cuius consideratio-
ne tantopere se suis cogitationi-
bus inuoluunt, vt aliorum consi-
liis se nullatenus indigere iudi-
cent.

Huiusmodi sane homines in
graui versantur periculo, difficulte-
terque curari possunt: quod su-
perbia intellectus periculosior
multo sit quam voluntatis. Nam
qui sola voluntate superbit, is
non omittit obedire quandoque,
quia aliorum iudicia præfert suo,
estimatque meliora. Qui au-
tem superbit intellectu, atque
apud se statuit, suam sententiam
meliorem esse sententiis cætero-
rum, quis eum emendare po-
terit? Numquam enim se submit-
tet sententiæ aliorum, dum pu-
tat se rectius sapere illis. Quip-
pè si intellectus (qui animæ o-
culus est, quo superbiam in ea la-
tentem videre debet atque cor-
rigere) ipsem et cæcus, omniq[ue]
superbia plen' sit: quis eum un-
quam

36 SPIRITALIS. 37

quam emendare poterit? Si lu-
men ipsum tenebræ sunt, ipsaq:
regula curua est, intelligis tacile
quid inde sequatur, & quis eo-
rum finis futurus sit. Tempe-
stiuic ergo te huic superbiæ op-
pone, antequam occupet intima
tua: & noli intellectui tuo habe-
nas laxare, sed subiice eum con-
siliis, iudiciisque aliorum: & si-
as apud te ipsum stultus pro-
pter amorem DEI: sic eris sapi-
entior ipso sapientissimo Reges-
tione.

C A P V T V.

De voluntate: deque fine in que
omnes actiones nostras de-
bemus dirigere.

C

DILE-

DILECTE fili, si optas v-
nus cū Deo fieri spiritus,
non sufficit pia propriaq:
voluntas quoddlibet bonū
faciendi: nisi à Deo excitatus at-
que adiutus, totam quod agis,
etiam ad beneplacitū honorem,
que ipsius retuleris. Quia in re-
nobis moleum certandum est cū
natura nostra, que in omnibus a-
Qionibus, omissionibusque no-
stris, proprium suum commo-
dum aut complacentiam querit,
præsertim in bonis spiritualibus.
In his enim vel maximē scriptā
gestit quætere. Unde si ei quæd-
piam bonum, ad Dei benepla-
citum accommodatum proponi-
tur, promptè quidem illud a-
gendū suscipit: at non propter-
ea quod placat Deo, aut ab ipso
proteg

SPIRITALIS 39

proueniat : sed quia nouit utilitates ac commoda quæ contingunt homini facienti voluntatem Dei.

Quamobrem ut ex hoc dia-
boli laqueo te extrices , eumque
deinceps , tamquam perniciosum
impedimentum in via persepio-
nis sedulō caueas : atque paulat-
er ad suelcas omnia agere aut
omittere quod Deus sic iubeat :
eaque sola intentione , facias , ut
ipsi placeas : (qui omnium acti-
onum nostrarū initium & finis
esse debet .) Idecirco ad ea , quæ ti-
bi iam dicturus sum diligenter
attende .

Si occurrit tibi quidpiam fa-
ciendum , quod diuinæ volun-
tati congruit : non antea volun-
tatis tuz consensum ad illud fa-
cias .

ciendum adhibebis, quam intellectum tuum in D E V M intenderis? indeque manifeste cognoscas, esse D E I voluntatem, ut illud facias: & esse quoque voluntatem ipsius, ut id facias dumtaxat propter ipsius honorem ac beneplacitum.. Quodque voluntas tua à diuina voluntate cō moueat, ut istud opus hac intentione & causa sola facias, quod ipse D E V S sic velit propter honorem ac gloriam suæ sanctissimæ Maiestatis.

Similiter si quid per voluntatem tuam vis omittere aut repellere tanquam inconueniens diuinæ voluntati, non statues illud apud te donec oculum intellectus tui (ut modo declaratum est) in Dei voluntatem direxeris.

SPIRITUALIS 41

pis. Deinde obserua te ipsum
diligenter ne decipiaris: quoni-
am videberis tibi s̄æp̄e hoc, illud
ue agere aut omittere propter
voluntatem ac beneplacitum
Dei: cūm aliud in te lateat. Na-
tura enim nostra, adeo occulte
seipsum, in nostris studiis & ac-
tionibus querit: ut quæ putas ti-
bi ob solius Dei amorem place-
re aut displicere: in iisdem poti-
us tuam utilitatē solum species.

In principio itaque omnium
actionum tuarum excludē ac re-
pelle abs te, quatenus poteris, o-
mnem intentionem, cui aliquid
priuatæ utilitatis admixtum est:
nec agere aut omittere, quicquā
incipias, donec interius in animo
tuo cognoscas, solam Dei volun-
tatem ac beneplacitum te moue-

re & impellere, ut opus istud ag-
grediari atque perficias.

Si autem otij ac temporis
tantum habere non possis, ut ante
vnum quodque opus facien-
dam, huiusmodi intentionem,
causisque mouentes in te exci-
tes ac ponderes, cura saltem ut
quando per diem dabitur occa-
sio, huiusmodi intentionem in te
fuscite: scilicet, quod in omnī
actione & omissione tua, solius
Dei beneplacitum honorēmque
spectare velis ac quærerē. In ne-
gotiis autē quæ aliquam tempo-
ris morā postulant, intēntio ista
omnino & exp̄lēse ante prin-
cipium eorū debet animo conci-
pi. Quinetiam in negotiis quæ
aliquandiu durant, isthac inten-
tio a principio usque ad finem a-
liquo-

Si quies iteranda est; ne post
solitum, alia fortasse intentio in
animum tuum tacite irrepatur;
que sic effugias occultas fraudes
nature tue, que nimium prona
est ad querendum commoda sua:
ad eo, ut tametsi bona, puraque
intentione opus cœperis; ipsa
tamen in operis medio istam tu-
am intentionem bonam inuer-
rat, & seipsum: id est, pro hono-
re Dei, suam querat utilitatem
ac honorem.

Omnis ergo Dei seruus, qui
in hac difficultate pugna non egerit
vigiles excubias, sœpe opus bo-
ni incipiet, cum intentione im-
plendi voluntatem Dei, iuxta
ipsius diuinissimæ Maiestatis be-
neplacitum. Sed postea, prius
quam animaduertat, opus istud

ipſi tantoperē propter ſeipſum
placere incipit: vt. voluntatis
gloriæ ac honoris Dei prorsus
obliuiscatur. Sensim quoque à
propriis oblationibus, com-
modis, honoribus (quæ ex iſto
opere percipit aut expectat) uſ-
que adeo conturbatur, fascina-
tur, abſtrahitur: vt ſi D E v s i p ſum
aut per infirmitatē aut per homi-
nes, aut modo quocumque alio
ab iſtis priuatis cōmodis impe-
diat, protinus vehementer con-
turbetur, tristetur, inquietus
reddatur: valdeque diſſiculter
ſeipſum reuocare poſſit, vt re-
deat ad primam intentionem
ſuam, faciendi quod D E v s i uſſit
pro ipſius ſoliuſ honore ac
gloria.

Quam quidem intentionem
valde ſollicitè custodies in omni-

SPIRITUALIS. 45

bus actionibus & omissionibus
tuis. Vix enim credas quantum
roboris, virtutis ac meriti ea af-
ferat. Nam minima quoque &
quantumlibet vilia opera , hac
intentione (vt placeant D^EO pro-
pter honorem nominis sui) ab
homine facta: plus apud D^E V M
valent atque merentur, quam
maxima quæcum opera sine hac
intentione præstata.

C A P V T VI.

De duplice voluntate in homine:
& earum continua inter-
se pugna.

SCIRE oportet te , dilecte
fili, duas in nobis esse volun-
tates: alteram rationis , qnæ
C S & ra-

& rationalis, & superior voluntas dicta est: alteram sensualitatem, quæ dicitur sensualis ac interior voluntas. Itemque sensualitas, appetitus, concupiscentias, caro, passio, & alia his similia.

Et licet utraque hæc voluntas in homine sit: tamen cum ob solam facultatem rationis homines dicamur ac simus, nunquam aliquid voluisse dici, haberi que debemus, quod sola sensualitas appetit, donec superior voluntas nostra, quæ cum ratione coniuncta est, in istud consentiat, ac pariter vellet.

Ex hac varietate oritur universa nostra spiritualis pugna. Nam cum superior voluntas nostra ac ratio, media sit inter voluntatem Dei, quæ supra eam est,

est, & sensualitatem, quæ sub ea est, ipsamque indefinenter ad malum tentat ac allicit: Idecirco veraque & Dei voluntas, & sensualitas nostra, comprehendunt voluntatem nostram ad suas partes pertrahere, & nunc quidem illa, nunc hæc, eam sibi subiucere, & obedientem reddere molitur.

Nihilominus omnibus hominibus, qui aut virtutibus verè sunt prædicti, aut è contrario in peccatis suis perseverant: pugna ista haud difficilis accidit: Qui enim virtutibus sunt prædicti, hi postquam Dei voluntatem intellegunt, mox eidem consentiunt obmurmurantemque sensualitatem compescunt. Impij autem contrà, sensualitatis suæ appetitum sequuntur, & contradicentem

tem voluntatem DEI non audiunt. Sed illis, qui hactenus quidem peccatis fuerant dediti, nunc autem ea deserere, atque à mundi & carnis suæ delitiis, (ut deinceps in amore ac cultu Dei & Domini nostri IESV Christi, vitam pie transigere queant) semet proponunt segregare: pugna hæc (maxime in principiis) fatis difficilis accidit. Quoniam interior inspiratio ac pulsus, quæ ipsorum ratio superne à voluntate Dei suscipit: & graues contradictiones seu motus aduersantes, vel tentationes, quas inferno à sua sensualitate debet tolerare: utrinque tam potentes sunt, ut ratio inde in graues redigatur angustias.

Nemo autem se feliciter pugnare

gnare arbitretur, Deoque dignes-
seuire, nisi probe instruēt ac pa-
ratissimus sit ad æquanimiter to-
lerandos omnes dolores, quos
ob derelictas priores suas volu-
ptates transitorias pernicioſasq;
in ſeipſo experitur. Etenim in-
ter alias hæc præcipua cauſa eſt,
cur multi ad perfectionem ve-
ram non perueniant, quod dolo-
ribus, quos in principio conuer-
ſionis ſuę, & derelictionis prauo-
rum affectionum ac defideriorum,
in ſeipſis præter ſpem ſuſtinent:
nolunt reſisteret, nec contra eos-
dem (quod more truculentorū
militum per infidias ipsos inua-
dant) rationis gladio volunt pu-
gnare: ſed potius miſerè turpi-
terque dant terga, armaque abij-
ciunt.

f. P Y G N A

ciunt, & in hostium manus, du-
rius deinceps traxandi denuò se
vincitos tradunt.

Et hinc deprehenditur qui-
dam valde periculosus, nec mi-
nus perniciosus dolus, quem
per pauci animaduertunt. Mu-
ltos enim videre liceat, qui dum
viam spiritualem inchoant: se-
ipsos plus æquo diligentes, ini-
cio actiones suscipiant, quæ ipsi
præ aliis gratæ sunt, cum poti-
us hanc vitam inchoare debe-
rent à notitia naturalium affe-
tuum ac desideriorum sensualiza-
tis suæ: primumque contra ista
certamen subire, ac prosequi, do-
nec rationis imperio ea penitus,
quatenus in hac quidem vita s-
ori potest, subiecissent.

C. A.

SPIRITUALIS 58

CAPUT VII.

De pugna contra affectus sensuali-
tatis: deq; interiori exercitati-
one voluntatis ad comparan-
das virtutes.

Quodcumque ab appre-
hensione sensualitatis tuæ, id
est sentis tentari, confessim
animū tuū vertas ad De-
um, qui te sic excitat: quantumq;
vales repugna. Ut autem in hac
pugna contra sensualitatem tu-
am victor euadas, variis modis
contra eandem te instrues.

Primo mox ubi tentatio à
sensualitate exurgit, fortiter eam
repelles, ne superior voluntas
ley

§2 P V G N A
seu ratio, in eam consentia.

Deinde cum aliquam tentationem sic superaueris atque reieceris, denuo eandem in te suscites, & pari feroore, ut antea eam repellas. Idemque fac iterum, iterumque ut toties maioti zelo eandem abomineris, repellas, atque contemnas. Et hunc conflictum suscipies cum omnibus temptationibus, affectibusque inordinatis sensualitatis tuæ, præterquam cum carnalibus: de quibus, dicemus inseritus suo loco.

Postremò assumes tibi exercitia virtutum illarum, quæ temptationibus vitiorum istorum aduersantur. Verbi gratia. Tentaris ab impatientia: cumque mentem tuam ad interiora reuocas

SPIRITUALIS

53

mocaueris, aperte cognoscet, tentationem hanc impatientie incessanter pugnare, contendere, que cum voluntate superiori seu ratione tua, ut eam pugna deterreat, & ad consensum pelliceat. Propterea tanto pertinacius rationis tue virtute eidem temptationi contradices, ac repugnabis, ne in eam consentiat: atque ab hoc labore repugnandi non desistes, donec hostem in te senseris deuictum, ac tibi iam in captiuitatem traditum.

Sciendum tamen est, hostem nostrum, cum nos huiusmodi passionibus ac desideriis constanter viderit rebellare, perfida calliditate ab iisdem suggestis nonnumquam quam desistere: Quodque

que amplius est, si eas quandoque in nobis suscitatas conspiciat, mox iterum suppressit: ne si frequentius rationis beneficio contra easdem dimicauerimus, istas nobis virtutes comparemus, que huiusmodi passi- onibus sunt contrarie.

Quamobrem caurum te esse oportet, ne occasio acquirendi virtutes, in te negligatur. Si ergo cum hoste inducas statuisti, & iam apud temetipsum quietus es: reuoca tibi ipse in memo- riam tentationes iam superatas & exclusas: simulque & cogita- tiones malaras quas ante illud tempus habuisti, in te instaura, atque erga easdem sic te geras, ac si consentire, usque victoriam velut concedere velles: simulque diligenter

SPIRITUALIS. 55

diligenter attendas, quænam argumenta, quæsue rationes hostis inalignus tibi suggerat, ad quod malum te instiget, & quomodo eius prauis suggestionibus a pude cōcogites morem gerete. Cumque inter hæc sensib[il]is cordis motus in te ascendere & augeri cogitationesque malas iam proprie tibi dominari: adeo ut & ratio ipsa quasi cōsensisse videatur: tunc p[ro]pedem mox retrahere, & magna vi suscita in te cogitationes bonas, istis malis contrarias, & quicquid hec tibi mali suggesserunt, audacter pernega. Et huiusmodi cōfli ctum v[er]arumque cogitationum, tories, tamque diu in te renoues, donec sentias te iam totum te ipsum vicisse.

Sed præterea sciendum, etiam si ho

si hostes nostros fortiter pugna-
do: quod pium, iustumque est
superauerimus nondum, tamen
nos ab eis securos esse, donec o-
dium perfectio eos oderimus. Quod
odium contra eosdem vt in no-
bis excitetur, crescat, perficiatur:
oportet eos, id est nostros, pra-
uos affectus iterum iterumque in
nobis suscitare, & ad certamen
prouocare, vt subinde cum ma-
iori indignatione ac tædio spirit⁹
eos repellamus & abominemnr,
donec verū ac constans odiū er-
ga eosdem in nobis experiamur.

Vt vero animam tuam
etiam ornare possis virtutibus,
non sufficit te cum prædictis e-
xercitationibus spiritualibus
pugnare contra passiones, af-
fectusque malos: sed oportet te
quosdam etiam affectus bonos &

SPIRITUALIS. 57

exercitia de virtutum passionib^z
cōtriariorum suscipere, in ijsq^z
sedulo, frequenterque occupari.
Hoc terē modo. Si quis tibi cau-
sam dedit impatiēz : non s^x
erit impatientiz motus? iuxta
præcedētem doctrinam superare
ac repellere : sed optare quoque
debes ac petere; vt ab eadem per-
sona, quæ tibi molestiam intulit
denuo eodemq^z modo s^xpius
turberis : quinetiam teipsum
compelles, vt molestias istas
gratas habeas : propositumq^zue
concipies huiusmodi molestias
plures, ac grauiores deinceps su-
stīnendi. Quodqu^e his amplius e^t
etiam coges te, vt cum ea persona
quæ tibi molestiæ, è qua ad impa-
tientiā cōcitat^z es, intulit: aman-
ter suauiterq^z loquaris, eiique in
omnibus gratificandi; inservien-

Bisque promptitudinem deseras.

Ac licet huiusmodi exercitaciones tibi valde difficiles fuerint, tamque frigide abs te praestari videas, ut ipse met deprehendas, eas contra voluntatem tuam a te fieri nullaten' tamen eas intermittes. Quanquam enim difficiles tibi sint, conseruant te tamen fortem & audacem in prælio, viamque patens ad victoriam.

Prioreta attende tibi diligenter, ut non solum contra graues ac vehementes tentationes contraquam manifesta scelera sic pugnes; sed & contra quaslibet leuisimas, minimasque inordinatas passiones ac motus. Hi enim istis grauioribus fores aperiunt, viamque sternant, ut nos incautos invadant, & ad peccata quaque vitia

SPIRITUALIS. 39

vitia sollicitent. Contingit omnia
his, qui leuioribus motibus sen-
tentiationibus ad vitia negligentius
resistunt, ut postea frequenter &
ex improviso ipsos inuadat mul-
to graviores tentationes, & im-
petuosius quidem, quam umquam
antea.

Tandem quoque tibi pugnan-
dum est contra affectus & deside-
ria rerum licitarum, honestarum
quas quas scis tibi non esse neces-
sarias. Inde enim & exercitatio
redderis in palestra hac spiritu-
ali: & gratum Deo praestabis ob-
sequium,

Dilecte fili, aperi te ubi nunc
dico, si iuxta prescriptos modos
teipsum in hac spirituali pugna
extremitatis, futurum breui, ut
adiuvante gratia Dei, totus spiri-
tuus.

tugis: officiaris.

Reliquas vero exercitationes;
etiam tibi laudabiles videantur,
tantaque cum suavitate ac dulce-
dine mentis abs te hant, ut iam
putes tecum crucifixo tuo Do-
mino Iesu Christo familiariter ve-
lut colloqui: velim tamen tibi
persuadeas, nunquam istas dele-
ctiones te iuuare ad consequen-
dam perfectionem spiritus.

Nam sicut vitia in nobis inde
originem trahunt, quod superior
voluntas, seu ratio nostra, inferi-
oribus affectibus sensualitatis
morem gerit atque indulget: Ita
e contrario generantur in no-
bis Christianæ virtutes, si volun-
tatem nostram saepius diuinæ
voluntati submittimus, eiisque
more gerimus ac obtemperamus.
Et sicut

SPIRITUALIS. 63

Et sicut voluntas nostra non potest bona, Deoque placens esse, (quantumcumque bonas ac sublimes inspirationes à Deo accipiat; & ab eius voluntate ac gratia ad faciendum bonum impellatur) nisi eisdem Dei operationibus in se consentiat; ita & eadem voluntas nostra numquam potest dici mala & aliena à Deo, (quantumcumque grauiter ac diu à sensualitate tentetur, turbetur impellatur) nisi eidē consenserit.

CAPUT VIII.

Quid facias cui, videbitur superior voluntas sua seu ratio, ab inferiori voluntate seu sensualitate, iam debita, eidemque omnino subiecta.

D

DILE

DILECTE fili, si enim non enim quan-
tum videat voluntas tua superior te
retios in pugna contra sensuali-
tatem tuam nihil efficere, quo
nullum efficacem morum con-
tra prauos affectus in te depre-
hendas: noli turbatus sed viriliter
persiste, constanter pugnare et
celles. Nam quamdiu ratio tu-
a a consensu in istiusmodi affectis
sensualitatis tue exhibet tam-
diu tu hostib⁹ superior es in pra-
lio, melioraque eis obtimes.

Non enim tibi necesse est, ut
omnes affectus ac motus sensuali-
tatis in te, rationis tue imperio
modo acquicentur: rec in hoc no-
stra consistit ueritas, ut nullos
prauos motus sensualitatis in
nobis sentimus, sufficit autem
quod

SPIRITALIS. 63

quod ratio ac voluntas nostra
et quantumcumque sensualitas
inordinatis moribus suis in no-
bis sauiat) semper possit facere, &
emittere, tractare, velle, ac deli-
derare quodecumque, quando,
quomodo, quoties, & ex causis
quibuscumque voluerit. Quini-
mo nec diabolus ipse, neque
mundus totus voluntatem hanc
nostram umquam cogere pos-
sunt.

Ec si sit nonnumquam euénit
ut hostes tui ex improviso & cum
tanto impetu ac violentia in te ir-
tuant, adeo ut ratio tua tempus
non habeat, cogitationes ac ex-
ercitiz pia, quæ istis violentis
motibus repugnarent, in seipsa
fuscitare: tantum tunc utere lin-
guæ tuæ, & die: Non, non credo si-

bi, Ne lo te , Non consentiam tibi
in hoc in aeternum. Sic , inquam
te tunc geras , sicut qui ab hosti-
bus suis exterioribus ex improvi-
so obruitur. Is enim cu se capu-
lo gladij tueri non potest , resi-
lit aliquantulū vt locum & tem-
pus habeat , gladium suum eu-
ginandi & hostem cuspidē peten-
di. Resilias ergo & tu , vt habeas
tempus agnoscendi vilitatem tu-
am , videlicet quod ex teipso
nullatenus possis superare : si-
mulque spem atque fiduciam o-
mnem collocandi in Deum qui
potest omnia. Atque tunc vali-
dum iquam hosti inflige , dicens

Domine adiuua me. O Deus

meus succurre misere mibi. O

Iesu.

SPIRITUALIS 65

Iesu. O Maria, dignissima mater
Dei, fer opem pericitanti.

Et si quid temporis habeas re-
liquum: poteris voluntatem tu-
am, ne vincatur, intellectu tuo,
nonnihil iuuare: considerando
ea media; quibus ipsa voluntas
tua contra hostes suos corroboro-
rari possit. Ut si quandoque con-
tingat te proper aliquam turba-
tionem, graui impatientia affici
ad eo ut voluntas tua eam ferre
aut dissimulare neque velit, neq;
possit: confessim suscipiat se-
quentes cogitationes.

Primum num aduerfitatem
hanc commerueris: & si inuenis
te eam commeruisse, aut causam
ei dedisse: protinus quiescas an-
imo, nec porro turberis: quoniam
aequum, ac iustum est, ut vulnus,

66 CIPYGINIAE

quod cuius ipse manibus tibi inflixisti patienter sustineas.

Deinde: Si intellegis te aduersitati huic causam non dedisse, tunc conuertere oculos mentis tuorum ad alia peccata tua, ob quae Deus te nondum pro meritis castigauit, nec tu te ipsum hactenus viderueras, afflixisti: Inde colliges: quod benignus ac misericors Deus, tibi vel poenam eternam, quam in inferno, vel temporariam, quam in Purgatorio sustinere deberes: in hanc paternam ac mitem castigationem committauerit. Propterea quod exquisimū esse, ut non solum placida mente sustineas, sed & pro tanto beneficio eidem gratias agas.

Tertio, si tibi videbitur, ee propter cuius peccatis scilicet magnam duramque

SPIRITALIS 69

duramque poenitentiam egisse;
(quod tamen numquā apud te
statues;) itētum cogita, nemī-
nem in regnum cælorū p̄esse in-
trare, nisi per angustam portam
ab̄ egaſionis ſui ipſiū & patien-
tia in varijs tribulationibus.

Nam & Christus Dei filius,
Saluator noster, omnesque sancti
Dei per hanc ſolam viam ingressi
ſunt in cæleſtem illam patriam.

Quarto, etiamſi poſtes per a-
liam viam intrare in regnum cæ-
lorum, tamen charitatis iure ac
debito, iſtud nequaquam optare
debes. Nam filius Dei, ex amore
tui, & propter patientia exca-
plum, per spinas & cruce ingre-
ſus est in gloriam ſuam.

Quinto apud te statues, inter
omnes meditationes, quantum-
cumque

cumque pias, in quib⁹ te exerceri
opereat, ut voluntate tuā in his
alijsque euēntis ac necessitatibus
tuis, quām optimē confortes:
hanc præcipuam ferē esse, si cogi-
tes quantum gaudium atque læ-
titiam capiat Deus, quām celebre
festum agat, quām largo tē prose-
quatur amore: si te videat no-
mine suo tam strenue pugnare:
Non potest enim ipsi quicquam
grauius abs te fieri, quām si prava
in te desideria mortificēs ac eradi-
ces, & ē contrariō virtutū studi-
a secessis: idque propterea, quia
scias ipsius hanc esse voluntatem
ac beneplacitum.

CAP V T IX.

De occasione pugnare non fugienda.

DILECTE fili, omnibus
tibi à me hactenus propo-
sitiss medijs ad consequen-
das virtutes, addo tan-
quam memoriale quodpiam: ne
occationes pugnæ tibi occuren-
tes, metuas atque declines.
Nam si virtutem quampliam (e-
xempli loco, patientiam) conse-
qui volueris: non expedit tibi,
ut te segreges à personis: vel eas
res (ut Verba, opera, cogitationes
repellas aut fugias) quæ te ad
impatientiam commouent. Non
fugias, inquit; sed optes potius,
quæcas ames conuersatione ac so-
cietate corū, qui tibi molestias af-
ferunt. Et quotiescumque tibi cum
eis conuersaudū est, præpara te,
tuam

70 SPIRITALIS

quamque voluntatem serua instruam atque pararam ad quaslibet tribulationes atque molestias, quae ab eisdem ubi afferri poscerunt, suscipienda sustinendasque. Hoc ut feceris, cumque afflicties ad consequendam patientiz virtutem.

Similiter si te aliquius operis inducerit, durumque nimis videatur: (propereā quod vel per longa p̄ceptiōēs tibi displicat: vel quod opus ex sese moleustum sit: vel quod per illud ab opere alio, quod faceres libentius, impediatur) nullatenus tamēn opus istud intermitte, sed præceteris omnibus exēqueris, etiam si te plurimum conturbet atque diuexet. Tamen si etiam eius intermissione de nō quietum, placidumque

SPIRITALIS

71

dat, nequaquam tamen ab eo faciendo desistes. Sic enim magis magisque instrutus fies ad ascendam virtutem patientiae. Illa enim quies, quam tibi optas, non est recta ac vera, eò quod nō proficiatur à corde puro, & ab omni inordinata passione libero.

Idem te moneo ac doceo de cogitationibus, animum tuum quia: doque turbantibus ac confundantibus. Videlicet, ne eas unquam a te in totum repellas, sed ut grates hospites seculo custodias: quia per molestiam quā afferunt hec consequis, ut orationes aduersitatis a quo animo sustineas. Qui te autem, fili mihi docet aliter, is te potius fugere iubet in tribulationibus, quod à te pugnande queritur: illa nempe vir-

nempe virtutem, quā tu tibi ex
victoria de hostibus exoptas.

Ceterū tyroni seu nouitio
in hac spirituali palæstra, oerta-
men hoc cum prauis cogitatio-
nibus cautè subeundum eit. Pro-
inde aliquando quidem pugna-
bit cum iis, aliquando vero as-
sumet alias: quatenus scilicet has
aut illas, tibi plus minusve intel-
ligit prodeste, ad acquirendas vir-
tutes.

Numquam eiusmodi molestas
cogitationes prorsus derelinquet
aut fugiet, ut nihil inde turbati-
onis, molestiæque in se sentiat.
Etiam si enim per fugam, earum
impatientiæ occasione p̄cēdar
nullam tamen in corde suo fir-
mitudine inde nanciscitur aduer-
sus impatientiæ motus ipsius gen-

tes. Quo fiet, ut alias à satelli-
tibus impatientiæ petitus ac ter-
ritus facile succumbat: quod sibi
de armis ad præliandum aduer-
sus eosdem, non satis antea pro-
uidit: id est, animum suum non
imbuit cogitationibus, consiliis-
que seruandæ in omnibus aduer-
sitatis patientiæ. Et hæc qui-
dem pugna non solum contra
impatientiam, sed contra quæ-
libet vitia utiliter suscipitur, præ-
terquam contra carnalia, de qui-
bus inferius præcepta trademus.

C A P V T X.

De pugna aduersus subitas ren-
tationes, passionesq.

Q VI necdum assuetus est subi-

tas aduersitates atque molestias, placido vultu animoque suscipe-
re: hoc ferè modo se assuefacere poterit. Nempe si eas intelle-
ctu suo diligenter considerauerit voluntateque desiderauerit ex
periri: semperque eas instructus atque paratus expectauerit.

Modus autem aduersitates isti.
usmodi per intellectum considerandi hic ferè est. Attende diligenter statum, vocationemque
tuam, locum quoque & perso-
nas, ybi & cum quibus te quotin
die oportet cōuersari: sic cognosces facile quæ tibi euenire pos-
sint, & quomodo animum tuum
aduersus ea corroborare debeas;
ne inordinate turbetur atque
succumbat. Etsi fortasse contingit
alia tibi euenire quam putabas;

pr-

præter istam animi tui corroboratione ad illa æquanimiter perferenda: quam tua præparatio modo causauit: Huiusmodi etiam ratione te poteris iuuare.

Statim atque videris vel audiheris te contemni, aut molestia, aduersitateque aliqua affici: etiam inuitus mentem tuam eleua in Deum eiusq[ue] immensam bonitatem, dilectionemque erga te considera: sic intelliges, ipsum esse præcipuam causam huius turbationis, angustiæq[ue]: tuæ, eamque propterea tibi immitere, ut doceat te eam propter amorem sui patienter sustinere, faciatq[ue]: te sibi magis magisque approxinquare, perfectiusque vniri.

Posteaquam autem sic cognoveris, esse diuinæ Maiestatis be-

Deplacitum, ut calamitatem
Iam placide perferas, tunc co-
uerte cogitationem tuam ad te-
ipsum, incipiasque te arguere,
dicens anima tua: Eheu, cur hanc
abs te crucem abiicere contendis,
quam tibi non hic aut alius ini-
nicus homo; sed dilectissimus,
optimusq[ue] Pater tuus imposuit?
His dicas, verte animum ad præ-
sentem cruxem seu calamitatem
tuam, eam saluta, lauda, ample-
xare, & quanta potes alacritate
& gaudio in te suscipe.

Quod si etiam passiones at-
motus tam vehementes in te
exurgant, ut non sinant te men-
tem ad Deum eleuare, sed & vul-
nerauerint te, & iam non nihil
superauerint: nihilominus per-
seue-

seueres tu in proposito tuo, ac si nullatenus superatus essem.

Verum inter alia remedia aduersus subitas ac inexpectatas turbationes, facile præcipuum est, vt remoueas abs te causas, e quibus istiusmodi tentationes existunt. Ut si animaduertis, te ob amorem alicuius rei facile commoueri animo, si ab ea consequenda impediari sit: cura ut amorem hunc erga rem istam animo tuo excludas. Si autem turbatio, vexatioque tua, non ab ipsa re, sed à persona, quæ eam tibi infert, aut procurat, exoritur, eademque persona tibi tantoper inuisa est, vt etiam minima quæquæ ab ipsa profecta, te conturbent: tunc remedium erit optimum, vt te ipsum, seu vo-

Iunctatem tuam ad eam aman-
dam compellas.

C A P V T XI.

*De pugna contra carnem no-
stram, eiusq[ue] prava
desideria.*

Contra hoc genus vitio-
rum, dilecte fili, nouo quo-
dam & priori contrario
modo tibi pugnandum est.
Sunt autem præcipue ac singula-
xiter tria hic spectanda tempora:
nimirum tempus antecedens,
concomitans, & cōsequens ipsas
tentationes.

Antequam ergo huiusmodi
carnales tentationes in te exur-
gant.

gant, numquam cum eis pugnam suscipes: Causas tamen è quibus oriri solent, diligenter vitabis & abscedes. Idcirco omnem conuersationem, quæ cum aliqua occasione ad has tentationes coniuncta est, fugias quantum poteris, tametsi tibi videatur levissima. Non aspicies huiusmodi homines aut res alias lepidè, non salutabis eos amanter, ne que manus eorum comprimes: sed si quæ tibi cum aliqua tali persona tractanda sunt: ea grauiter, festinanterque perages: nec diutius cum ea conuersaberis, quam sola ac nuda necessitas postulet.

Posthæc etiam vitabis otium: semperque te ipsum cautè obseruabis. ne quid cogites aut fa-

cias, quod statum tuum dedecet.

Tertio, obediens eris tuo superiori in omnibus, ne umquam ei contradicas, sed facias quæcumque iusserit.

Quarto, numquam temere iudicabis proximum tuum de hoc vitio: & licet eius peccatum addeò manifestum sit: ut abs te non possit excusari: tamen condolebis ei, omnemque iracundiam & contemptum aduersum eum prohibebis: eiusque lapsum intuam potius utilitatem convertes: videlicet reipsum humiliando, contemnendo, ac sub terram usque deprimendo: & timore contremiscens, Deum ardentissime ora pro custodia, ne & tu similiter tenteris atque labaris. Si enim tu alios iudicaueris

cupo

contempserisque, D E v s te puniet magno tuo malo; videlicet permittendo, vt & tu in istud vitium prolabaris: indeque discas tuā superbiam agnoscere, & te. humiliare: indeq: cures superbiam istam in te supprimere, & excidere. Nam si superbus sis & non labaris, non leuiter de salute tua dubitandum est.

Quintō ac vltimō, attendas diligenter, si aliquando per sensibilem gratiam in te, spiritualem aliquam consolationem quæsiueris, obtinuerisque. ne in ea tibi placeas: neūc te inde meliorem iudices: nec putas te inimicos tuos deinceps non superaturos. sed semper sollicitus esto & time . Tempore concomitante tuas tentationes debes attende-

re, num prouenant à rebus exterioribus, an ab interioribus. In exterioribus numerantur conversatio, colloquia, lectiones & studia, quæ ad huiusmodi tentationes irritant. Contra quæ omnia non est præsentius, validusque remedium quam eorum intermissio ac fuga. Cum his enim temptationibus non est suscipiendum prælium sed longe fugiendæ sunt, ne mentem contaminent.

Interiores causæ existunt vel à corpore nostro, quod nimis viuidum ac validum sit: vel à curpibus cogitationibus: quæ nunc à prauis moribus nostris, neglectaque sensuum custodia: nunc à diabolo in nobis excludantur.

Cau-

Causas quas corpus nostrum
præbet ad carnis vitia, præcide-
re oportet ieiuniis, ciliciis, vi-
giliis, castigationibus, aliisque
mediis asperioribus: quatenus
vnicuique sua ratio dictat, aut
superioris authoritas mandat
vel indulget.

Contra cogitationes autem
turpes non sunt media utiliora,
quam oratio sancta, meditatio-
nes piæ, labores atque negotio-
rum tractatio, quæ statum tuum
deceant. Meditationes autem
tuas nolim te instituere de iis re-
bus, quas plerique in suis spiri-
tualibus libris præscribunt vo-
lentibus hæc vitia superare &
excidere: nimirum ut initio con-
sideres carnalium vitiorum tur-
pitudinem atque libidinem, quæ
num-

num quam queat exsatiari. Deinde grandem ignominiam atque pericula quae cum iisdem coniuncta sunt. Tandem amissio-
nem famæ, bonorum tempora-
lium, fauoris ac benignitatis:
Itemque diuinæ gratiæ in præ-
senti & beatitudinis æternæ in-
vita futura. Tametsi enim hu-
iusmodi meditationes bonæ sunt,
non conferunt tamen ad horum
vitiorum tentationes superandas.
Nam cum omnium iudicio, opti-
mum statuatur contra hæc vici-
tia remedium, fuga; idcirco fu-
gere oportet quicquid ullam
præbet turpibus cogitationibus
occasione. At in istis, quas di-
xi, meditationibus, ut intelle-
ctus se fatiget pro his vitiis de-
testandis, tamen cogitationes de-
iisdem

iisdem interea infigit memoriz: ut vehementer timendum sit ne labatur in aliquam earumdem delectationem.

Quamobrem insurgentibus temptationibus horum vitiorum, assume tibi potius meditationes de passione ac morte Domini nostri IESV Christi. Et si tentationes eæ te in his etiam meditationibus, contra voluntatem tuam infestent atque perturbent: aut quomodocumque te contra easdem armaueris: nihilominus semper nouam tibi molestiam deceptionemq: intentent, (quod tibi pariter ut aliis facile poterit euenire) nequaquam tamen pusillanimis eris, aut suscepas tuas bonas meditationes intermittes: neque etiam cum iitiseturban-

turbantibus cogitationibus ullo modo contendas: sed constanter pergas in meditationibus tuis, & volitantes istas cogitationes tutpes quasi ad te nihil pertineant, relinquas, atque exhibiles. Hoc enim unicum, optimumque remedium est, impuras isti-uismodi cogitationes superandi, quantumcumque indesinenter te diuexent ac obruant. Et caue ne umquam cum illis disputes, an consenseris in eas, nec ne: quoniam latet in hac quidam dia- bolicus dolus, qui sub hac spe- cie boni cupit te illaqueare & inuoluere. Quod alias, ubi fue- ris quietior, & hæ temptationes te molestare cessauerint, cognoscere poteris facile à patre tuo spirituali. Cogitationes tamen isti.

istismodi tuas non intermittes
tuo Confessario expressè confi-
teri: nec te eius pudeat. Nam ad
hostes nostros superandos valde
necessaria nobis est humilitas.

Quod attinet ad sanctam ora-
tionem: quæ pariter medium
quoddam est contra hæc vitia
carnalia, & alia: scire te oport-
et, eleuationem mentis in D E-
V M, esse utilissimam, semperq;
facienda cum proposito oran-
di D E V M pro victoria contra hos-
tuos hostes. Caucas vero, ne
tentationes has, mentis tuæ co-
gitationibus coram Deo expli-
ces, quasi ostensurus ipsi quæ sit
tentationum tuarum malitia &
iniuria. Nam ex earum com-
memoratione, facilis in delecta-
tionem de iisdem lapsus est. Et
hæc me

hæc modo tibi in cautelam sufficiant.

Cum tentationes carnales iam te deseruerint, nequaquam in animum induces tuum, deinceps te ab iis fore liberum atque securum: sed continuè cui curam habeas, ne quid eorum, quæ tibi ad easdem temptationes occasionē præbent, in animum tuum admittas: etiamsi tibi forte videatur consultius cum iisdem mente pugnare, propter alicuius boni operis ac virtutis exercitium. Nam in tali persuasione latente doli corruptæ naturæ nostræ, & laquei diaboli ad inuoluendum animum, & pelliciendum ad aliquam delocationem.

CAPVT

CAPUT XII.

De pugna contra acediam, negligentiam, pigritiam.

DILECTE fili, ut ab hoc perniciose vizio tutior es- se possis, omnem tuam industriam, diligentiam viresque impendas, ut bonis inspirationibus locum apud te prompta voluntate concedas, omnemque terrenam consolati- nem, curiositatem, & superflua negotia, quæ tuo statu non con- gruunt, declines.

Cumque pro eo qui in hoc Acediae vitium lapsus est, non inueniatur remedium praesenti- us,

us, quam operari bonum, à quo
tamen ipse, ut piger (qui mole-
stiam ac fatigationem potius,
quam fructum laboris cōsiderat)
omnino abhorreat: Idcirco bo-
num istud saepe mente versabit,
sibique planè persuadebit vnicā
mentis elevationem in D E V M,
vnicamque genuflexionem, pro-
pter nomen ipsius factam, ma-
ioris valere, quam cunctos the-
sauros totius mundi. Fatigatio-
nem vero ac molestiam, cum la-
bore coniunctam, adeò apud sei-
psum occultabit, ut longè mino-
ra, leuioraque appareant, quam
revera fuerint: Ut si tibi quando-
que vacandum sit piis meditati-
nibus vnicā hora tota: idque tuæ
pigritiæ nimis diuturnum, atque
moleustum videatur. sic dolo

tuo.

SPIRITALIS. 91.

euo corpori persuadeas, tantum
dimidiatum quadrantem vnius
horae te huic labori velle tribue-
re, moxque cessare. Quæ mora
vbi transferit, iterum corpori
tuo persuadeas, ut paulo diutius
sustineat. tunc te cessaturum: idq;
toties repetas, donec hora tota
transferit, sicque pigritiam tuam
facile excuties.

Si autem in teipso experiaris,
corpus tuum laborem huiusmo-
di ferre non posse: ticebit tibi e-
udem differre in aliud tempus.
donec paulatim assueficeris cor-
pus, ut maiori alacritate ac fer-
uore deinceps se ad istos pios la-
bores accommodet.

C A P V T XIII

Quomo-

Quomodo sensualitatem suam
homo regere debeat.

DILECTE fili, hoc age
quam attentissime, ut sen-
sualitas tua, per quam dia-
bolus ingredi solet in te,
sit Ianua vera ac patens, per qua
ad te veniat DEVS tuus. Et quan-
do tibi cum aliqua terrena crea-
tura quidpiam negotij est, noli
eisdem corde adhaerescere, sed le-
ua oculum mentis tux ad DEVM
tuum, qui in creatura illa, tan-
quam in opere suo, latet abscon-
ditus. Deinde excita in te quo-
que memoriam Dei, & cogita
quod idem ipse DEVS, etiam in-
te sit: atque tunc eum ipso sic lo-
qui

qui incipias. O clementissime,
sempiterneq; Deus meus, tu mihi
semper præsens ades, & peni-
tiusquam ego mihi me ipsi præ-
sens sum: & ego nō confundor. tā
obliviosus & ingratus tibi esse, vt
tui nunquā meminerim: neque te,
eheu, diligam & colam vt debo
Alias quoque eleua intellectum
tuum, & contemplare summam,
incomprehensibilemque perfe-
ctionem Dei, & lætare in bōnis
dixitiis, beatitudine ipsius abun-
dantius, quam si tua solius essent
omnia. Exulta quoque gaudio
maiori quod ipse sit D E v s in-
comprehensibilis, cuius Maiesta-
tem peruestigare nequeas, quam
si eandem comprehendere, in-
tel lig e

94. P V G N A

telligereque posses. Porrò si in
creatura aliqua rationali obser-
vas quandam perfectionem vir-
tutum & dona nonnulla, quæ
ipslì à Deo benignè donata sunt:
(vt sapientiam, intellectum, pie-
tatem, iustitiam, & similia) nō cō-
siderabis ea ut sunt in homine
hoc, sed reducito ea ad Dominū
D E U M tum & dic: *Deus meus,*
ecce hi sunt riūuli , qui ex te ve-
ro ac viuo, æterno, increato fon-
te di manant: hæ sunt merces in-
exhausti maris bonitatis tuæ in-
effabilis.

Si autem te sentis ob pulchri-
xudinem. alicuius creaturæ ad
complacenciam allici, protinus
cogitationes tuas à terrena pul-
chri-

SPIRITUALIS. 95.

christitudinis specie eleua ad pul-
chritudinem cælestem, in eaque
sola te oblecta & dic: Deus me-
us, quando venient dies, ut in te
solo queam delectari?

Aliud remedium pro custodia a
ab inordinata delectatione in cre-
aturis. sit hoc. Cum te sentis ab
re quapiā ad complacentiā, oble-
ctationēque allici, confessim cū
intellectu tuo pondera quā dolo-
sē infernalis serpens (qui nila-
liud quærerit, quām ut animā tuā
aut occidat, aut saltēm lētali-
ter vulneret) sub ista oblectatio-
ne lateat absconditus. Proinde
vbi hoc deprehenderis, audacter
dicito: Maledicte serpens, quām
callide hic lates absconditus vē-
met tuo veneno inficias? Et mox
eleua

eleua mentē tuā ad Deū, dicens:
Benedicta sit bonitas Dei mei in
eternū, quia mihi hostem hic
latenter animæque meæ dolose
insidiantem, tam benignè dete-
xit.

Sed ius sibi huius est
In rebus verò quæ sensualitati
tuæ aduersantur, doloremq: af-
ferunt, ita te ferè exercitabis. Vbi
eidem tuæ sensualitati durū quid
perferendum occurrit (vt æstus,
fames, ægritudo, plagæ & simi-
lia,) eleua mentem tuam ad vo-
luntatem illam æternam, cui ab
æterno ita placuit, & à qua tunc
quoque decretum fuit, vt tu hanc
aut illam calamitatem, hoc tem-
pore, & tanto cum dolore pater-
ris, sicut nunc pateris. Idcirco
ex cordis tui iucunditatē apud
te ipsum

SPIRITUALIS. 97

te ipsum hæc dico.

O sempiterne, dilectissimeque
Domine Deus meus, iam tua in
me impletur voluntas, qua tibi ab
eterno placuit, ut hoc eodem tē-
pore & rati medo, mensura, nu-
mero mihi euenirent, quæ nunc
sustineo: atq; id totum propter
honorem ac gloriam tuam, & a-
nimæ meæ salutem. Scio enim
quod nunquam ea mihi euenire
permisisses: nisi ad gloriam tuæ
maiestatis illustrandam & meam
salutem plurimum conferrent.

Similes quoque cogitationes
tibi facies cælo turbido, pluviō
niveo, & in quibuscunque aliis

F

tristi-

98. PUGNA

tristibus euentis, quæ ab hominibus impediri non possunt. Si quid verò legis quod te delectat, it idem cogitationes tuas conuertas ad Dominum Deum tuum, in eoque solo te oblectes. Nimirum firmiter apud te statuas, ipsum sub iisdem verbis, quæ legis sese occultare, tibique suauiter per ea loqui. Similiter quoties in animo tuo, cogitatus aliquius complacentiæ ac delectationis, ex quacumque re vel actione bona excitatur: protinus conuerte mentem in Deum, ipsumque summa cum humilitate ac reverentia adora: illudque bonum ab ipso solo profectum agnoscens, toto corde ei pro eadem gratias agas.

CAP.

CAPUT XIV.

*De ordine pugnandi cum hosti-
bus nostris.*

IN pugna spirituali contra in-
ordinatos affectus, & quasli-
bet aduersitates, huiusmodi
ferè ordo seruabitur. Primum in-
gredere cogitationibus tuis in ar-
chuum animæ tuæ, & diligenter
dispice, quinā affectus in ea præ-
cipue dominetur, & à quibus co-
gitationibus & motibus frequen-
tius tentetur ac molestetur. De-
in vertas te contra illum hostem,
qui tibi plus molestiarum & pe-
riculorum affert, atque iam iam
in te manus suas mittit, ut obru-

100:

PUGNA

at & perdat, eique viriliter te oppone. Veruntamen tempore quieto, cum a nullo hostium tentaris & affligeris. tu ipse prouoca ad certamen hostes tuos, potissimum illos, qui tibi praeceteris molesti sunt, frequentiusque te decipiunt, atque curpius coram Deo confundunt.

CAPVT XV.

Quid faciendum illi, qui ab hostibus deuictus, grauiterque est Iesus.

Si te contingat ex imbecillitate, aliisque defectibus, adeoque & nequitia, voluntateque mala, in aliquod vitium incidere

incidere, protinus conuerte mé-
tem tuam ad Deum: & primum
quidem tuam ipsius vilitatem
ad animam reuoca, teque ipsum
odio habeas. Deinde te recolli-
ge, & denuo ad Deum conuersus,
ardenti corde confitearis & dic:
*Domine Deus meus, ecce gessi me
qualis sum. Quid enim à me ali-
ud expectandum, quam sordes la-
psus atque peccata? Doleo, Deus
meus, ex toto corde meo. Eheu fa-
teor, quod multò deteriora perpe-
brassem, grauias qui lapsus fuisset,
nisi me manus th̄e immensa boni-
tatis singulariter custodiuerent:
pro quo etiam tibi merito grati-
as ago, habeoque quam maximas.*

Tu Domine Deus meus age tecum
secundum diuitias miserationum
tuarum, ne permittas me extra
gratiam tuam vivere, aut sanctifi-
cam tuam Majestatem deinceps
offendere.

Hæc ubi corde sincero effudi-
sti coram Deo, noli sollicitè co-
gitare an tibi Deus peccatum i-
stud dimiserit, nec ne: quia hæc
curiositas sapit foetidam animi
superbiam, & grauem diaboli la-
queum, reddit etiam te inquietum,
& tempus sine fructu con-
sumit. Ergo pure te ipsum proifice
in paterna brachia clementissimi
Domini Dei tui: & resume exer-
cationes pugnæ tuæ, ac si nun-
quam lapsus fuisses. Et licet uno

die

SPIRITUALIS.

TOP

die saepius labaris, seu ab hosti-
bus tuis plura vulnera accipias:
nullatenus tamen desperabis, aut
pulillanimis eris, aut tibi metu-
es: sed toties repeate consueta pu-
gnæ tuæ exercitia, sicut fecisti in
principio, primò, secundò, ter-
tiò, quartò, & quoties opus fu-
erit.

Hoc genus exercitationis ve-
hementer displiceret diabolo, quod
sciat illud magnopere placere
Deo & ob id grauiter machinatur,
ut nos ad illud frequentandum te-
pidos reddat. Tu vero contra, hoc
maiorem tibi vim facies ad illud
frequentandum, quo videtur es-
se durius atque molestius. Ideo
que nec tædebit te illud in quo-
libet lapsu, & amissa contra ho-
stem victoria, aliquoties repe-
te.

re. Et licet post lapsum primum,
vel alterum ac tertium in te sen-
tias grauem turbationem, confu-
sionem, dissidentiam, tamen cō-
tende ante omnia, vt interiorem
animæ quietem recuperes, teque
solum ad Dominum Deum tu-
um conuertas. Nam turbatio ani-
mi, ex admisso peccato proue-
niens, non est indicium offensi-
æ Domini Dei tui, sed damno-
rum variorum, quæ tu tibi me-
tuis.

Istam autem animi cui quie-
tem sic ferè comparare poteris.
Facta ad Deum cōuersione & de-
precatione peccati, deinceps obli-
uiscere peccati tui penitus: &
solum contemplare ineffabilem
Dei tui dilectionem, qua deside-
ret summopere, vt te sibi vniat

& x-

SPIRITALIS. 105.

ternæ beatitudinis participem reddat. Hac autem contemplatione finita, & corde tuo in pia tranquillitate constituto, iterum verte cogitationes mentis tuæ ad lapsum tuum, & facito quod in huius capitinis initio docui: temporeque confessionis peccatorum (quæ sèpius facienda est) reuolute omnes lapsus atque defectus tuos, eosque detege ac confitere simpliciter tuo Confessario.

CAPVT XVI.

Quod spiritualis homo semper debet habere cor quietum ac lumen in Domino.

F5

DILE.

DILECTE fili, ut cor tuum
in spirituali hac pugna,
ab omni angustia ac per-
turbatione quietum seruare pos-
sis. diligenter te ipsum obserua,
& fidelem tibi constituas specu-
latorem: qui cum aliquid quod
te possit turbare molestareque
perspexerit: confessim signo da-
to te præmoneat, ut ad defensio-
nem tempestiuè te armare vale-
as.

Etsi contingat (ut solet nimis
sæpè) te ex euentu improviso
graueri turbari, protinus omnibus
negotiis alijs sepositis, con-
tende ut denuò quietum ac læ-
sum cor tibi concilies. Quo acce-
pto, relictus cætera præstare po-
ceris: quia animo turbato ac in-
quieto

quieto nihil efficies: & diabolus occasionem inde sumit te grauius tentandi. Quoniam ipse huiusmodi sanctam animæ quietem seu pacem vehementer metuit, tanquam tabernaculum Dei, in quo ipse multa mira operatur. Propterea quoque pestifera sua astutia non omittit nos etiā sub specie boni decipere. Quoniam siccè in nobis excitat affectus ac desideria bona: sed opportet eos, ne decipiari, ex fructibus eorum diligenter dijudicare. Nam cor inquietum reddent.

Quare cùm speculator tuus tibi dat signum, adesse quendam affectum bonum, qui cor tuum cupiat inhabitare, caue ut intromitas cum prius, quam voluntatem tuam ab eius desiderio rotam

tam expoliaueris: cumque Deo supplici oratione obtuleris, similius coram ipso tuam ignorantiam ac cæcitatem humillime confitearis, & attentissimè ipsum inuoces ac ores, ut lumen gratiæ suæ tibi benignè impertiat, ad cognoscendum & diudicandum affectus hic bonus à gloriosissima sua Maiestate, an à reliqua terrena proueniat.

Er semper esto memor subiugationis, mortificationisque tuæ propriæ naturæ, priusquam vilium bonum affectum in te admittas, etiâ à Deo immissum. Quia gratiora ei sunt opera, quæ ex voluntate tua piè mortificata proueniunt, quam quæ ex desideriis tuæ viuidæ Naturæ feceris. Et sâpe plus placet Deo tuæ est omnia tua de manu mea.

voluntatis mortificatio, quam ipsum opus bonum.

Sic expellendo vanos, prauosque affectus tuos nec bonos admittendo in animum tuum (quod etiam custodire debes) donec natura tua propria, cum omnibus suis affectibus ac desideriis suppressa ac mortificata sit, semper quietus eris, & castrum cordis tui tutum ab hostibus conservabis, a crebrioribus reprehensionibus, & afflictionibus interioribus tui ipsius. Iste enim non semper a Deo, sed a diabolo quandoque suggeruntur. Ex fructibus autem eorum cognosces unde potissimum oriuntur. Nam si ex reprehensiones te humilem atque quietum custodiunt, diligenteremque in bonis operibus red-

reddunt plamque in Deum con-
tidentiam non auferunt: tunc eās
suscipe tanquam à Deo inspiratas,
qui sic ad ianuam cordis tui in-
teriorius pulsat, ut te ipsum discas
cognoscere. Si autem te inquiet-
um, pusillanimem, ad opera bo-
na pigrum, & erga Deum diffidē-
tem reddunt, idque eo præcipue
tempore, quo easdem interiores
reprehensiones, afflictionesque
in te sentis, pro certo habeas nō
à Deo, sed à diabolo eas tibi sug-
gestas esse. Huiusmodi ergo ne
admittas in animum tuum, sed in
tuis consuetis piis exercitationi-
bus hilariter persistas quasi nihil
istarum suggestionum in te sen-
seris.

CAPUT XVII.

Quod

Quod diabolus hominem s̄epe per
pia proposita decipiatur, & a
profectu virtutum im-
pediat.

Præter hactenus detectos di-
aboli dolos, etiam alius hic
dètegendus est: nimirum pi-
um propositum desiderium-
que pugnandi contra præterita
peccata grauiora. Id enim pro-
pterea homini suggerit, ut dum
in his animum suum occupat,
suum quotidianorum peccato-
rum quibus tamen vehementer
obnoxius est, obliuiscatur, nullá-
que contra ea pugnam suscipiat.
Qui autem suæ salutis curam ha-
bere voluerit, debet præcipue cū
G 2 vitijs

vitijs proximis certamen subire,
et que vincere & a se precul fu-
gare. Quod quia saepe negligimus
sit ut in multa mala prolabamur:
velut qui noua semper accipiunt
vulnera, & nullam querunt me-
dicinam. Nam huiusmodi pro-
posita pro factis reputates in pro-
priam complacentiam & laten-
tem superbiam incidimus.

Vnde cum ne verbum quidem
durum, nedum verbera, placido
inimo suscipere, perferreque va-
team, sublimibus contemplati-
onibus vacamus, in ijsque propo-
nimus, etiam purgatoriij poenas
pure propter amorem Dei pati-
enter sustinere. Cumque ipsorum
voluntas inferior siue sensualitas,
nihil quod molestum sit dolorē-
que afferat, in se sentiat: tantum-
que ad

que ad futuras calamitates respi-
ciat profectio valde inepte ac te-
merè sibi imaginantur, se ex eo-
rum esse numero, qui summè pa-
tientes sint, & ipso facto multa
grauia sustinere pro Deo valeant.

Vt ergo, dilecte fili, dolū hunc
effugias, propone tibi, non solo
animo, sed & ipso facto pugnare
cum proximis hostibus tuis, qui
& molesti tibi valde sunt, & ipse
opere aduersantur. Inde facile
cognosces, an illa proposita tua
vera an falsa, firma an debilia sint.
Nec possum tibi ullo modo sua-
dere, & pugnare contendas con-
tra hostes, qui te non infestant
nisi certo deprehendas, eos te
breui inuasuros. Sic enim tibi li-
cer contra eos pugnare priusquā
in te veniant, vt deinde in ipse

conflictu te sentias fortiorē. Nō
lim tamen tibi ut persuadeas, tē
per pugnam antecedentem, ho-
stes tuos iam superasse: nīsi mul-
to iam tempore in virtutum stu-
dijs exercitatus sis. Nam in hoc
casu, permīssum est suscipere
proposita pugnandi contra pe-
cata præterita grauiora, etiam si
leuiora nonnulla delicta, ex sin-
gulari Dei prouidentia superare
non possimus, ut in humili agni-
tione propriæ imbecillitatis per-
maneamus.

Sed qui negligentes sunt in su-
perandis leuioribus delictis, pu-
tantque se grauioribus facilē pos-
se resistere, insigniter vani sunt
ac præsumptuosí. Inciduntque in
laqueos diaboli.

CAPUT XVIII.

Quibus dolis diabolus nos à virtutum studijs abducere meliatur.

Vtitur porro diabolus alio quodam astu, ut nos in via virtutum ambulantes, abducat in deuia: Id est, à virtute in vitium. Incidit quidam in morbum aliquem, quem patenter ferre desiderat, diabolus (ne si ita perseveret, virtutem patientiae consequatur) suggesterit ei motus ac desideria huius vel illius boni operis faciendi, si sanitati restitueretur: quodque Deo regius, ac dignius seruire: sibi, suisque, & pauperibus plura officia

beneficiaque præstare posset sanus, quam infirmus. Et hæc desideria in tali infirmitate paulatim magis magisque accedit, donec eum pertæsum & impatientem reddat infirmitatis suæ, quod per eam ab istis bonis faciendis impediatur. Atque hoc dolo eum, qui ad virtutem patientiæ sese exercebat, in impatientiæ vitium nequiter præcipitat. Non sub ratione vitij, sed impedimenti quo retardatur ab executione bonorum operum in quæ inordinate fertur.

Neque hoc satis : sed pergit & eidem infirmitate suggesta desideria de bonis operibus, quæ sanus facere posset, rursum dolosè eximit, ipso etiam non aduertente : solumque in eo desiderium sanitatis

tatis recuperandæ relinquit: aut si eam non propediem obtinetat, in grauem tristitiam, & ipsissimā labatur impatientiam.

Contra hunc ergo nefarij hostis dolum, deceptionemque, remedium optimum est, ut in infirmitate, aut alia quacumque aduersitate constitutus, sedulò cœreas, ne motum, desideriumque in animum admittas yllum, quod non possis quamprimum implere: alioqui reddet te sollicitum ac inquietum.

Et attende diligenter, sçpè eum qui labitur in impatientiam, non putare id ei accidere ex sua quam patitur aduersitate, sed ex impeditione ab operum bonorum exercitio, quæ ex ea oritur. Proindeq; impatientiz suæ cœ-

sam non refert in ipsam infirmi-
tatem vel aduersitatem, sed par-
tum in seipsum, quod eam com-
meruerit, & quasi accessuerit:
partim in eos quibus molestus
esse debet etiam inuitus: par-
tim denique in omissionem spi-
ritualium exercitiorum.

Ita ambitiosus qui dignitates
aut officia quae ambit aillequi non
valeat, dicit se non sui causa con-
queri & dolere, sed ob necessita-
tem suorum cognatorum, quos
iuare debeat vel similia. Quod
vero hi se decipient manifestum
est ex eo, quod non ita turbantur,
cum aliis mediis & personis ei-
dem contingunt effectus, qui eis
molestiam afferre videbantur &
sub quibus suum vitium occul-
tabant.

Verbi

Verbi gratia. Dicis infirmitatem tuam te non reddere impatientem, quod molesta sit tibi: sed quod grauentur qui in ea tibi ministrant. At si contingere easdem personas tibi ministrantes, etiam aliis infirmis ministrando grauari, parum te afficeret. Vnde aperte deprehendis, non illorum molestationem, sed tuam ipsius cupiditatem esse causam impatientiae tuae. In hunc modum etiam poteris dolos in aliis rebus ac negotiis tuis latentes facile deprehendere.

Quamobrem te hortor ut cum tuam crucem patienter tollere possis, nullatenus ab ea liberari desideres: quoniam ex isto tuo desiderio, duo tibi grandia malitia euoniunt. Alterum quod afferat

frat à te virtutē patientiæ, aut sal-
tem viam sternat ad impatientie
am. Alterum quod priuēt te-
merito apud Deum, qui breuis-
simi temporis patientiam, cum
propriæ tuæ voluntatis in ipsius
diuinam voluntatem resignatio-
ne coniunctam, in opus per-
fectæ patientiæ reputat.

In his ergo & aliis operibus.
negotiisque tuis omnibus, hanc
tibi regulam serua: ut cor tuum
à desideriis omnibus subtrahas
atque expurges, nihilque aliud
petas, quam quod diuinæ volun-
tati placeat, idque cum humili-
tate atque simplicitate. Quo fa-
cto in nulla deinceps aduersitate
facile turbaberis: quod nulla ti-
bi accidere possit absque bene-
placito diuinæ Majestatis. Atque
hæc faciens, nunquā à via perte.

ctionis aberrabis. Quando autem pro aduersitate quā sustines per-
lenda, medijs quibusdam uti ne-
cessē est, sollicitē te obserua, ne
affactus cordis tui iisdem adhæ-
rescat. Neue iisdem utaris ut ab
aduersitate libereris: sed quia
Deo sic placeat, ut his medius v-
taris. Atque tunc non turbaber-
ris, etiam si illa tibi non condu-
cant ad liberationem ab aduersi-
tate.

CAPUT XIX.

Quomodo aduersarius noster insi-
diosè moliatur, ut virtutes no-
stra acquisitæ, nobis oc-
casio sint ad ruinam.

Callidus ac pestifer ille ser-
pens non intermittit nos
etiam tentare per virtutes
nostras acquisitas, ut fiant
nobis occasio ad ruinam. Itaque
molitur omnia, ut nos ad com-
placentiam & oblectationem in
ijsdem inducat. Indeque in no-
bis met ipsiis elati, in graue crimē
superbiꝝ prolabamur.

Ut sis verò ab hnc periculoso
lapsu tutior, persiste semper in
aperto campo, & persevera in
vera, humili atque secura medi-
tatione vilitatis tuæ: considerans
quod ex te ipso plane nihil sis,
nihil scias, nihil possis: nec quic-
quam aliud in te ipso habeas quæ
xternam damnationem,

Curabis quoque sedulo, ut co-
gitationes tuas omnes quæ te à
tui ipsi-

tui ipsi^o agnitione arbitrahunt, longe à te repellas. Cum enim istæ à manifestis tuis hostib^o suggerantur, persuaderas tibi certo, nisi eas animo excluderis aut te prorsus enecabunt, aut graue saltem vulnus animæ tuæ infligent.

Quod ut verum esse intelligas, hanc tibi trado regulā. Contemplaturus utilitatem tuam, non vertet cogitatum tuum ad dona ac beneficia, quæ in te sunt quod ea non sint tua sed Dei: sed ad id quod tuum est, & tunc recte iudicabis, quantus vel potius quam vilis sis. Sic autem id efficies. Cogita tempus quod te antecessit, & continuo deprehendes te ab æterno nihil prorsus fuisse: nihilque etiam te fecisse neque facere potuisse, ut vitam

aut quamcunque rem aliam cō-
sequereris. Si deinde cogitas tē-
pūs, quo aliquid else cōpisti, in-
telliges pariter te hoc ex Dei so-
lius pura dilectione, benignitate
que accepisse: quia ipse & crea-
uit te & vitam tibi dedit, quam
& ipse solus in te cōseruat: &
cuncta que habes, leis ac possi-
des. Itaque ne minimam quidem
occasione in te ipso inuenies,
vnde putas te aliquid esse, aut
pro aliquo præcæteris habendū.

Iam quod attinet ad statum
tuum gratiæ & virtutes ad bene
operandum tibi datas: si natura
tua omni diuino auxilio priuetur
numquid quidquam boni per se
operari poterit? Si præterea ver-
teris cogitatum tuum ad multa
tua opera mala & peccata, atque
ad

ad alia peiora quæ indubie per-
petrasses, nisi Dominus Deus
noster dextera suæ diuinæ gratiæ
te custodiuerisset, impediuerisset,
abstraxisset, cognosces facile, im-
pietatem tuam. tum propter lo-
gitudinem temporis, quo eidem
immersus fuisti, tum ob multitu-
dinem iniquorum factorum pra-
varumque affectionum tuarum,
tam grandem esse, ut neque nu-
merari, neque verbis exprimi
posset: & ita quasi alter Lucifer
infernal is iam sis, aut certe fieri
potueris. Quamobrem nisi velis
esse fur aut Sacrilegus, qui Do-
mino Deo sua bona suretur, si-
biique attribuat, sed cupis omni-
no esse ac haberi is, qui reuera in
te ipso es: iure debes te ipsum de-
die in diem ac semper deteriorē
estimare. G⁹ Attē-

Attende tamen diligenter hāc agnitionem, confessionēque tuę proprię vilitatis coniunctam esse debere cum iustitia: alioqui tibi plus noceret quam prodesset. Nam si in tali agnitione tui ipsius superaueris aliquem, qui ob suam cæcitatem se putet aliquid esse, ac pro tali ab aliis haberi cupiat: indeque velis ut homines te habeant pro aliquo, quem tu primum perdidisti, & longè deterior es illo. Propterea ut agnitio vilitatis, malitięque tuę vera sit, teque Deo acceptabilem reddat, non solum tu reipsum villem ac impiū agnosces, sed & tailem te geres atque tractabis. & ab aliis pro tali haberi tractarique desiderabis.

Erfi quandoque contingit, ut propter

hāc
ux
es-
qui
les-
ui.
qui
ili-
na-
no-
lo,
&
rea
que
ta-
re-
es,
ta-
eri
ve
ter

propter aliquod bonum opus,
quod Dominus D E V S per te
dignatus est operari, bonus ha-
bearis, ameris, lauderis, cautus
esto, nec te patiaris à prædicta ar-
gitione verissimæ vilitatis tue
vllatenus abduci : sed conuertas
te in corde tuo ad Dominū De-
um, & dīc :

*Domine Deus meus, ne permit-
tas, ut in mentem mibi veniat,
urari tuam diuinam bonitatem.*
Heinde veritas te ad illum qui te
laudavit, & dic intra te ipsum.
*Quid iste me bonum estimat, cum
renera nemo bonus sit, nisi solus
Deus meus :*

Hæc si feceris, verè Deo reddis
quod ipius est, & te ad maiorem
gratiam accipiendam disponis.

CAP.

CAPUT XX.

Ut in pugna spirituali nunquam
nobis blandiamur de hostibus de-
uictis: sed solitas nostras exer-
citations subinde iteremus, ve-
lut adhuc essemus tyrones
in hac spirituali pa-
laestra.

Dilecte fili, præter vniuersa
hactenus à me tibi dicta,
vnius adhuc te admonere
debeo: nempe ne tibi per-
suadeas ymquam, te passionum
tuarum aliquam penitus supe-
rassè, quòd longo fortasse tem-
pore, nullam illius motum in te
sense.

senseris. Sed subinde renouā tū-
as solitas exercitationes spiritua-
les tanquam tyro seu paruulus
modo natus ad pugnam, qui in
ea se ante hac numquam exer-
cuit.

Quod quidem tunc maximē
faciendum est; quando perfectio-
nem eam, ad quam nos Deus
vocavit, sectari volumus. Quo-
niā tam copiosa ac sublimis ea
est, ut numquam dicere possimus
quòd vel prima saltē initia ad
eandem in nobis posuerimus,
præterquam quod nonnumquā
vitium, ex deceptione latentis
superbia nobis virtus esse vide-
atur.

CAPUT XXI.

De

De Sancta Oratione.

Dilecte fili, haec enim, iuuā-
te Deo audiūimus ac di-
dicimus de dissidentia sui-
ipsius, de confidentia in
Deo, & de exercitatione : quæ
media tria, nobis necessaria sunt
ad consequendam victoriam ad-
uersus passiones ac motus inor-
dinatos sensualitatis nostræ. Se-
quitur nunc quartum medium
eò necessarium, sancta oratio :
quæ inter cætera optimum ac ef-
ficacissimum est, ad obtinendum
a benigna largaque manu Dei
quocunque bonum. Ve autem
oratio tua grata & efficax sit : has
ferè conditiones seu proprietates
habebit sibi iunctas.

Prima

SPIRITALIS.

13

Prima ut in corde tuo semper
aldeat singulare desiderium, Do-
mino Deo tuo ita seruendi ut i-
psi quam maximè placuerit.

Secunda, ut sit in te vera ac
constans fides, Dominum Deum
daturum omnia, quæ ad ipsius
cultum, & tuam salutem tibi sint
necessaria.

Tertia, ut ad S. orationem nō
alio proposito accedas, quam ut
Dei, non tua voluntas impleatur
idque tam in petendo, quam in
imperando. Videlicet ne te ad
orandum quidquā aliud moue-
at, quam quod Deus velit ut o-
res: neve ob aliam causam cu-
pias exaudiri, quam quod ita
placitum sit apud Deum. Breui-
ter: totum tuum propositum e-
rit, ut petas voluntatem tuam

CON-

conformari cum voluntate Dei :
& nequaquam tentes voluntatem
Dei nescire secundum volunta-
tem tuam.

Quarta, ut oratio tua semper
iuncta sit cum cæteris supradictis
spiritualibus exercitijs, ita ut nul-
lum sine altero suscipias. Tamen si
enim diu multumque Deum pro
consequenda aliqua virtute ores,
& nullam exercitationem pro e-
adem comparanda adhibeas, ni-
hil aliud agis quam quod Deum
tentas, & nihil impetas. Post-
quam autem oraueris ad Deum,
mox excita in te spem viuam at-
que constantem in ipsum, quod
ex ineffabili dilectione sua tibi
petitam gratiam seu donum, aut
aliud eò præstantius, vel utrum-
que simul daturus sit. Et quam-
quam

quam tam diu tortuose difforat
care, ut putas te nihil impetra-
turum: tamen hanc spem con-
stanter in te retine; nec umquam
orationem, aut exercitationem,
aut fiduciam tuam propterea in-
termittit.

Quinetia si tibi videatur, quod
Deus te ab oratione repellat: ni-
hil omnious te ipsum magis magis
que ante compescit eius humi-
tia: simulque haec et spem in
ipsum in te adauge & conforta.
Nam quo frequentius, etiam in
vehementi huiusmodi repulsa, ac
manifesta quasi reprobatione o-
rationis tuae, restiteris, sicutque
constantem eoceperis, hoc quo-
que gratius obsequium praestabis
Deo. Sed & semper gratias ages
Deo, atque non minus sapientem

prudentem benignum, amantēq;
tui ipsum iudicabis, quando te
ab ipso non exauditum arbitra-
ris, atque cūm obtines quod
petisti. Itaque semper esto con-
stanti animo ac læto quodcum-
que tibi eueniat bonum aut ma-
lum : humiliterque te infallibili-
tā pientiæ, prudentiæ, prouiden-
tiæque diuinæ submitte.

CAPUT XXII.

Quid oratio interior, quæ & con-
templatio, sit : & quis eius usus.

O Ratio interior, seu men-
talis, nihil aliud est, quā
eleuatio mentis in De-
um actualem vel virtua-
lem

lēm includens alicuius rei petitio-
nem. Virtualis petitio dicitur
quando aliquis mentem suam e-
leuat in Deum pro impetranda i-
ipsius gratia: suamque ipsi necel-
litatem, absque ullo discursu ac
consideratione altiarum rerum,
simpliciter, breuiterque explicat.
Ut cum mentem meam eleuo in
Deum, & coram ipso agnosco, co-
fiteorque meam ad faciendum
bonum, & me a malo custodien-
dum imbecillitatem. Huius-
modi oratio propriè recteque di-
citur virtualis: quia dum men-
tem meam, sic breuiter aperio
coram Deo, ipse satis bene nouit
quid mihi desit, & quoniam opus
habeam auxilio.

Est autem & aliud genus ora-
tionis interioris virtualis, quod
con-

consistit in simplici intuitu seu contemplatione diuinæ mentis. Et sit quando tacite desideramus, Deumque velut monemus ut largiatur quod antea petiuimus. Hunc orandi modum nū diligenter addiscas frequentique exercitatione tibi familiarem reddas. Etenim ipsa te docebit experientia, quam optima sit armatura contra quascumque aduersitates atque pericula. Vnde nihil utilius, quam hunc orandi modum semper in promptu habere, ut eum quoties opus sit adhibere possis.

Actualis autem oratio interior est, quando homo verbis in mente expressis, gratiam à Deo petit. Ut qui intra se absque verbis exterioribus, ad Deum sic orat : Domi-

SPIRITALIS. 137

Domine Deus mens, da obsero mihi gratiam hanc, aut illam, propter honorem Sanctissimi nominis tui. vel : O Deus mens, credo firmiter summæ maiestati tuæ sic placere, ut hanc abste gratiam petam. O Deus mens impleas in me voluntatem tuam.

In huiusmodi oratione hostem tuum, vel peccata tua, quæ te infestant & affligunt, pariterque imbecillitatem ad iisdem resistendum, coram Deo sistas, & dicas :

O Domine, aspice me creaturam manuum tuarum, quam roso sanguine tuo redemisti : attende hostem

bastem meum pariter & suum,
qui furit ac sicut vs me discer-
pat, absorbeatque. O Deus me-
us ad te confugio, in te solo spero.
Respice imbecillitatem, impoten-
tiam, imperfectionem meam : &
e contrario grandem vim, robur
alique potentiam hostis mei qui
molitur me sue tyrannidi subiucere
si tua potenti defensione destituar.

CAPVT XXIII.

Quarenu homo orationi interiori
contemplationem adiu-
gere possit.

Si

Si quandoque certum tempus,
ut horam unam & amplius
mentaliter orare volueris:
iunges orationi huic medita-
tiones de vita & morte Christi
Dominii nostri: ita ut opera Christi,
semper accomodes ad virtu-
tem quam petis, simulque de iis-
dem mediteris. Verbi gratia. De-
sideras acquirere virtutem pati-
entiae: assume ergo meditandum
aliquod mysterium crucifixio-
nis Christi Domini nostri. Scili-
cet quam atrociter spoliatus sit
uestibus suis, quam truculenter
uestes, sacris eius vulneribus, ad-
haerescentes, detraxerint: quan-
tis cum subsannationibus ac diris
spineam coronam sacro capiti
eius iterum, iterumque ac sepi-
us extraquam denuò impresserint.

vel quomodo ipse innocentissimus Dominus D E V S duro crucis ligno affixus & cum infestabili vulnerum suorum, totiusque sacri corporis eius dolere in altum leuatus sit. Vel his similes meditationes assume. Quibus applica sensualitatem tuam ut pœnam, quam Christus ista patientis in omnibus membris sacri corporis sui sustinuit, etiam ipsa in se septiat.

Deinde excita & eleua cor tuum ad Sacram animam Christi & quantum potes meditare summam patientiam ac mansuetudinem, quibus acerbissimos istos, aliosque complures cruciatus, placidissime tolerauit. Quodque idem Dominus Iesus pro honore & gloriæ Patris sui, pro que salute

lute nostra paratus semper fuerit
seque obtulerit ad multò plura,
grauioraque, sustinenda.

Postea aspice eum oculis me-
eis sic in cruce pendentem, mar-
tyrioque affectum, eique asta &
meditare, quam feruido deside-
rio pro te pati voluerit, ut eius
exemplo & tu aduersitates tuas,
propter honorem ipsius patienter
sustineres. Et sicut ipse vertit
se ad suum cælestem Patrem pro-
te orando: ita & tu petas tibi
gratiā concedi ut crucem, quia
nunc sustines, omniaque incom-
moda alia, æquanimiter sufferre,
superaretque valeas.

Denique compelle voluntatē
tuam, ut in hoc consentiat tam-
que sæpius alloquere, ut crucem
illam placide in se suscipiat, &

CON-

constanter perferat. Mox mente
tuam, verte ad Deū Patrem tu-
um cœlestem, ab eoq[ue] humili
prece efflagita virtutem patien-
tiæ, vt superare possis : pariter-
que toto corde ora, vt orationem
dilecti filij sui quam in desinenter
exaudire dignetur.

CAPUT XXIV.

*De quodam alio modo orandi
per meditationes.*

EST præterea modus qui-
dam aliis simul & orandi
& ineditandi, Videlicet, v.
bi iam interius magna at-
tentione, ac indefesso studio a-
erbissimam passionem, omne-
que

que misericordiam quam dilectissimam
Dominus noster Christus Iesus
pro nobis sustinuit, meditatus es,
accommoda sensualitatem tuam
ut similes dolores quantoq[ue] pos-
test fieri, in te sentias: meaque
tuis cogitationibus penetra ac
perscrutare, quam promptissima
voluntate Christus Dominus no-
ster ista sustinuerit. Et post me-
ditationem maximi doloris. su-
mæque ac periegetæ patientiæ e-
ius, verte mentem tuam ad alias
duas meditationes dñmirum pri-
mò meditare de theiauro meri-
torum Christi. Secundò de sum-
mo beneplacito cœlestis Patris,
quod habuit in perfectissima ob-
edientia dilectissimi filij sui.

His pijs meditationibus ubi
mentem impleueris proferas eas

& an-

& ante conspectum Domini tui
sistas, perque earum rerum vir-
tutem pete ab ipso gratiam ali-
quam, qua præcipue indiges. Et
hanc petitionem non solum in
meditatione cuiuslibet mysterij
passionis Christi, sed & cuiuslibet
actus interioris vel exterio-
ris quem Christus in tali myste-
rio exercuit, facere poteris.

CAPUT XXV.

*De modo orandi per intercessio-
nem B. Mariæ Virginis.*

PRæter iam dictos orandi &
meditandi modos, adhuc alius occurrit: Videlicet de
gloriosissima superbenedi-
cta vir-

Etia virginē matrē Christi Dñi no-
strī Maria: quod hac ratione cō-
modē facere poteris. Primum
namque verte mentem tuam ad
Dēum Patrem: deinde ad vni-
genitū aē dilectissimū filiū eius
Christum Dominum nostrum:
Postremō eandem superbenedi-
ctam matrem, sanctissimam vir-
ginem Mariam.

In meditatione erga cælestem
Patrem, duo siste ante ipsius con-
spectum: nempe summum ipsius
beneplacitum, quod habuit a-
pud se ab æterno de super bene-
dicta Virgine Matre Maria; prius-
quam nasceretur: deinde admiranda
opera quæ idem ostendit
eum eadē sanctissima Virgo in
mundum nasceretur.

Quantum ad primum eleua &

I

exalta

exalta cogitationes tuas vira
omne tempus præteritum, su-
praque omnem creaturam, & pe-
netra usque ad æternitatem diui-
næ mentis: atque sic ineditare,
quam celebre gaudium quam-
taetas delicias diuina Maiestas
apud se habuerit super hac bea-
tissima Virgine Maria, eiusque
pulchritudinem longe desidera-
tissima. Cumque Dominum
Deum in tanto gaudio & iubilo
inuenisti, contestum summa spe
atque fiducia eum ora, ut pro-
pter illud sublime gaudium, tibi
gratiam & robur spiritus, ad su-
perandos hostes tuos (præser-
tim illud vitium quod te tunc
grauius tentat atque molestat) benigne largiatur.

Deinde progrediatis meditari
præ-

præclaras virtutes ac dona eiusdem glorioſiſſimæ Virgini Matris Mariæ, & nunc ſimul omnes, nunc vero ſingulas ſiſte ante conſpectum cæleſtis Patris: atque ora ſimiliter ut per immenſam bonitatem ſuam, & propter iſtas ſanctiſiſſimæ Virginis virtutes, tibi clementer confeſrat quod petis.

Postea verte cogitatū tuum ad Filium Dei Dominū noſtrū Iesum Christum: eumque admo- neas castiſſimi Virginis uteri, qui nouem mensibus iſpum geſtauit: itemque reuerentiæ ſingularis, qua iſpum ſanctiſſima Mater Virgo cum priuilegium natus eſſet in mundum, proſequebatur atque colebat. Quoniam tunc ſtatim credidit, ad coluit iſpum ut verum hominem, & Deum

verum: ut filium suum, & crea-
torem suum, Admone eum quo-
que oculorum magnæ compas-
sionis, quibus summam eius pau-
peritatem intuita est. Sacrorum etiā
brachiorum in quibus ipse Dei
filius frequenter recubuit: isto-
rum suauium oscularum, quæ
ipsa ei dedit: Lactis, quo ipsum
nutriuit: Laborum difficultum,
plurimarum molestiarum atque
dolorum, quæ in vita eius pari-
ter & morte, propter ipsum su-
stinxerunt. Propter hæc & similia
piissimæ Virginis matris obse-
qua, nonnulla dilectissimo eius
filio vim afferes ut te orantem
exaudiatur.

Tandem te quoque vertas ad
implammet gloriosissimam Virgi-
nem matrem Dei Mariam: eam-
que

que similiter admone: quomodo
ipsa sola inter omnes vrgines &
mulieres, ab æterna sapientia
immensaque bonitate Dei, in ma-
trem gratiae & commiserationis,
in adiutricem, mediatrixem ad-
uocatam omnium hominum
apud Deum præelecta sit: quod-
que post Deum, eiusque dilectis-
sum filium, apud neminem
alium quam apud ipsam melio-
ra, certioraque præsidia atque
solatia s. lucis inuenire ac conse-
qui possimus. Admone ipsam
quoque quam verè ac recè de
ipsa scribatur ac decanteretur:
quod nullus eam recta fide in-
uocauerit, cui non benignè re-
sponderit, suaque fidelissima in-
tercessione auxilium non tulerit.
Denique siste ante oculos eius
I 3 omneg

omnem miseriam, quam dilectus
eius filius hic in terris sustinuit:
& ora ut pro ipsius solius hono-
re ac gloria, tibi sua piissima in-
tercessione, impetrare dignetur
hoc, cuius gratia dilectissim⁹ eius
filius tā mansuetissimē passus est.

CAPVT XXVI.

*Quomodo orandum ac meditan-
dum sit per Angelos, cæte-
rosq; beatos in cælis.*

Poteris tibi præterea efficax
medium ad impetrandum
aliquid à Deo parare, per
SS. Angelos, cæterosque be-
atos in cælis. Atque id etiā mo-
dis duobus efficies: primò si ver-
itas cogitatum mentis tuæ ad cæ-
lestem Patrem, eisque listas
amorem, cultum, laudem: qui-
bus ipse à tota cœlesti curia glo-

SPIRITUALIS. 151

riose laudatur, honoratur, colitur. Simul quoque listas ei omnem laborem ærumnas atquemolestias, quæ sancti eius hic in terris, auxiliante ipius gratia, suscitando superarunt. Deinde veritas mentem ad eosdem gloriosos spiritus Dei: & inter medianum quod in summo gradu perfectionis suæ quem possident, etiam nostri semper meminerint, nostramque perfectionem maximopere desiderent, ora eos ut tibi in pugna contra vitia tua fidele auxilium ferre non recusent. Quandoque etiam ipsos invoca, ut tibi in mortis articulo adsint, & à rugientibus hostibus te defendant, Alias vero meditare quam præclara gratiarum dona à Deo acceperint, & excita

in te viuidum charitatis affe-
ctum, gaudiumque maximum
quod tanta dona acceperint,
haud aliter ac si propria tua es-
sent: quin, imo plus gaudebis
quod ipsi ea habeant, quam si
tibi a Deo data essent: quando-
quidem suæ diuinæ Majestatir sic
placuerit.

Ut autem has exercitationes
rectius cognoscas & congruo iu-
stoque ordine peragas: partieris
choros Sanctorum in singulos di-
es hebdomadæ, ut sequitur.

Dominica die meditaberis de
nouem choris SS. Angelorum.
Feria secunda de SS. Apostolis.
Feria tertia de Ss. Martyribus.
Feria quarta de SS. Episcopis.
Feria quinta de SS. Doctoribus.
Feria sexta de SS. Confessoribus.
Sab-

Sabbato de SS. Virginibus.

Nullo autem die intermitte
quasdam habere meditationes &
confugia ad gloriosissimam Vir-
ginem Mariam: ad proprium tu-
um Angelum; ad Gabrielem Ar-
changelum, & denique ad eum
sanctum, quem singulari pietate
veneraris & obseruas.

CAPUT XXVII.

Quomodo sanctam crucem, &
Christum Dominum in ea affixum
pendentem meditari debeamus:
ut bonos affectus ac motus in no-
bis excitare, vel à Deo consequi
possimus.

I S

Osten-

O Stendi tibi, fili, paulo ante,
quomodo ad orationem adhibere debeas me-
ditationes de S. Cruce:
nunc te instruam, quomodo per
ipsius contemplationem, pios
motus seu affectiones in te susci-
tare queas. Itaque si quandoque
volueris de aliquo articulo S.
Crucis ac Passionis Christi me-
ditari, (ut de spinea corona)
sic ferè te geres. Meditaberis quo-
modo innocentissimus ac dile-
ctissimus Dominus tuus I E S U S
Christus, pro maiori derisu at-
que contemptu, purpura sit ve-
stitus, eiusque sanctum caput a-
cutis spinis coronatum, & dura
arundine percussum: sacer eius
vultus totus impuris sputis fœ-
dis. Quomodo, inquam, qui
est æter-

est æternæ gloriæ Rex quem tot
Angelorum myriades humillimè
adorant, ab improbis ac vilissi-
mis scruis, irrisoria veneratione
turpiter delusus sit.

Cumque huiusmodi, aliisque
id genus meditationibus, pium
motum, affectumque amoris in-
te suscitare volueris: eleuabis cor
tuum inter meditandum ad agni-
tionem inexhaustæ bonitatis ipsi-
us Domini Dei tui, cuiusque in te
dilectionis maximæ: quam ex eo
facile colliges, quod tam multa,
tamque acerba pro te pati nō de-
dignatus sit. Et hac meditatione
summæ bonitatis eius amoris in
te affectum magis, magisque ac-
cendes: indeque ad peccatorum
tuorum veram contritionem fa-
cillimè permoneberis, Präser-
tim

tim si agnoueris, te hunc benignissimum, & cui amantissimum Dominum tuum, ob tua solius peccata turpissima crudeliter ante necatum, etiamnum grauiter offendisse.

Ad excitationem vero viuidæ ac constantis in te spei, meditaberis quod idem Dominus Deus tuus, qui est Rex Regum & Dominus Dominantium, in tam grauem, extremamque miseriam se demiserit, ut te a vinculis peccatorum tuorum, diabolique captiuitate absoluereat atque eriperet, cælesti Patri reconciliaret, fiduciamque bonam in omnibus necessitatibus ad ipsum confugiendi tibi impertiret.

Si autem meditationibus passionis Domini tui, spirituale gaudium

dium in te volueris excitare, mo-
ue cogitatum mentis tuæ à con-
sideratione pœnarum, quas susti-
nuit: ad utilitates ac fructus, qui
ex istis pœnis eius in te redun-
darunt. Et meditare te, totum-
que mundum per easdem, a pec-
catis esse absolutum, iram cæle-
stis Patris sedatam, diabolum
fugatum, mortem occisam, oves
perditas ad ouile reductas, An-
gelorum sedes redintegratas. His
iungas, quantum gaudium tota
sanctissima Trinitas, omnesque
cælestium ciuium exercitus, &
vniuersa militans Ecclesia, ex his-
dem utilitatibus conceperint, ha-
buerintque.

Pro doloris vero ac compas-
sionis affectu, erga eundem be-
nignissimum Dominum tuum
Iesum,

Iesum, ob amarissimam passio-
nem eius ac mortem, in te exci-
tando: non solum meditaberis
multiplices plagas sacri corpo-
ris eius, sed & grauissimas angu-
stias, dolores atque tristitiam
longe maximam sanctissimæ ani-
mæ eius. Nam cum sumimam, ac
imperuestigabilem dignitatem
cælestis Patris, quæ supra omnia
maximopere diligit, satis cogni-
tam haberet, facile poteris æsti-
mate quantas passa sit angustias
atque dolores, cum cerneret ipsu
summum benignissimumque De-
um ac conditorem omnium post
ea m multa, ingentiaque præstata
beneficia, à sua met creatura, tam
temere, grauiterque offendit, &
peccatis lèpe iteratis turpiter de-
ludi.

Deinde

Deinde quoque eadem sanctissima anima Christi Domini tui incomparabilem tristitiam concepit atque sustinuit; cum videaret plurimas ac prope innumera-biles hominum animas, sua propria culpa atque torpere damnatum iri in æternum.

Ad hæc suprà modum auxiliodolorem animæ Christi Domini tui, immensus ac intolerabilis dolor, quem dignissima, dilectissimaque mater sua in eius passione ac morte per pessa est, quando gladius doloris cor eius pertransiuit.

Præterea nouum & ingentem dolorem eadem sanctissima anima Christi in se experta est, quando per unitam sibi diuinitatem cognouit, quam atroces ac diros

crucia-

cruciatus, multa sanctorum martyrum sanctorum virginum milia, pro ipsis amore ac fide sustinere deberent.

In his alijsque similibus meditationibus de Christi Domini tui passione ac morte: subinde recordaberis te ipsum 'hos illosque cruciatus atque dolores eius, tuis grauibus peccatis atque defectibus ipsi conciliasse: indeque ob ingritudinem tuam & vehementer tristaberis, & te coram Deo graviter accusabis. Est autem omnium optima; Deoque gratissima compassio, si tuos ordinatos afflectus atque defectus in te persequaris, eosque contendas prorsus enellere radicitus a corde tuo: quod innocentissimo, benignissimoque Domino tuo, tam

tam grauium dolorum, poena-
rum, cruciatuum causz fuerunt.

Porrò vt perfectum odium
contra peccata in te excites ac
consequaris: considera in omni-
bus articulis Passionis Christi Do-
mini tui, quasi ob nullam cau-
sam aliam omnia ista passus sit,
quam vt per ea in te excitaret,
generaretq; odium contra omnia
peccata, inordinatosque motus &
affectus tuos, vt extirparentur:
præsertim contra eos, qui te præ-
cateris infestant, maculant, di-
strahunt, diuinæq; Maiestati gra-
uius displicent.

Denique vt ex his meditatio-
nibus de Christi Dñi tui passione
ac morte, etiam admirationis af-
fectionem tibi conciliem: sollicitè me-
ditare primò qui sit qui ista pas-
sus

sus est: nimis summi, maxi-
mique Dei vnigenitus filius, qui
pro salute tua de cælo descendit
in terram, & homo factus est.

Secundò meditare ob quam
causam passus sit. Nempe pro
nobis misericordia vermiculis, opere
manuum suarum, qui ipsum sem-
per offendimus.

Tertio à quibus sit passus. Sci-
licet à vili ac truculenta turba, o-
mniumque nationum populis.

Quartò quid passus. Oppro-
bia, contumelias, plagas despi-
catissimas, cruciatusque plures &
atrociores quam dici possit.

Quintò quomodo passus. Sa-
nè tam insigniter patienti, man-
sueto cupidoque animo, ut nulla
humana mens peruestigare pos-
sit. Videlicet quod is ipse man-
suetus

suetissimus & ab omnibus derelictus Dominus in omnibus atrocissimis opprobrijs, plagis, cruciatibus suis: tam iniuriam patientiam, constantemque mansuetudinem, etiam contra ingratissimos infensissimos persecutores suos declarauerit, ut nec ullum quidem durum verbum aduersus eos locutus sit: sed ad omnia: ut agnus mansuetus, qui ducitur ad victimam, vocem cohibuerit, animo omni mansuetudine pleno.

Sextò meditare tempus & locum, quando & ubi passus: nam & ea non paruam tibi admirationem parient. Quoniam & tempore solemnis Paschæ & in primaria ciuitate sancta, astante dulcissima ac dilectissima matre sua, adeoque coram toto mundo, ipse inno-

innocens Christus Dominus tuus, ista omnia & his multo duri-
ora passus est.

CAPUT XXVIII.

De sensibili deuotio[n]e, & conve-
ria ariditatem ac dereli-
ctionem fidelis anima.

Sensibilis deuotio quandoque
sortitur a naturali inclinatione
ad eam: quandoque a diabo-
lo: alias ex Deo. A quo au-
tem horum potissimum proue-
niat, ex fructibus eius cognoscen-
dum est. Si enim inde non per-
moueris ad vitæ tuae emendatio-
nem . merito dubitabisanne ex
diabolo , an vero ex naturali tuae
inclina-

inclinacione orta sit: & quo maiorem ea in te suavitatem conciliat, hoc amplior erit dubitandi ratio vnde nam orta est.

Cum ergo sentis animum tuum spirituali dulcedine repleri: ne disputes vnde profecta sit: sed nec eidem inhæreas ac nullatenus ab agnitione propriæ tuæ vitalitatis desistas: sed cor tuum ab omni eo cui adhæset, vehementi spiritu abstrahas: nihilque aliud desideres vñquam nisi solum Deum, eiusque diuinum beneplacitum Ita fiet ut momentaneæ istæ dulcedines te non decipiant, & si vel à naturali inclinacione, aut à diabolo ortæ sint, vereantur tibi in gratiam, utilitatemque non paruam affrant.

Aridi.

Ariditas quoque seu desolatio
animæ oritur aut ex naturali de-
fectu nostro, aut à diabolo, aut à
Deo. Et à diabolo quidem im-
mittitur, vt animam reddat tepi-
dam, frigidamque, & à spiritua-
libus exercitijs, abstractam, ad
quærenda terrena solatia abdu-
cat. Ex nobisip̄s oritur, aut pro-
pter peccatorum admissorum
metum, aut ob tedium spiritualium
exercitiorum. Denique im-
mittitur à Deo, vt per eam nos ex-
citet ad maiorem diligentiam in
spiritualibus exercitijs, & à curis
atque negotijs, quæ non aut ad
ipsummet Deum, aut ad ea, quæ
nos in ipsum dirigunt, referantur,
absterreat: Indeque nos sibi ar-
cius vniat, pariterque instruat,
nec in spiritualibus quidem gau-
dijs

gaudijs si eueniunt quiescendum,
neque ea appetenda, sed ex solo
nos ipsi^o beneplacito pendere, vi-
uereq; debere, sicut ille qui dixit.
*Dominus dedit, Dominus abstu-
lit: sicut Domino pla^cuit, ita fa-
ctum est.*

Cum senseris ergo huiusmodi
ariditatem animi tui, excita men-
tem tuam ad disquisitionem cau-
se, vnde ea eueniat. Cognita cau-
sa adhibe prædicta arma, & pugna
aduersus eam: non tamen eo pro-
posito vt sensibilem illam grati-
am denuo recuperes. sed vt abs-
te remoueas quicquid oculis di-
uinæ Majestatis diplicet.

Adhæc sedulo cures, vt ne in
ariditate ista animæ tuæ, solita-
tua exercitia pietatis inmittas,

sed

sed maiori etiam diligentia pro-
seguiri contendas. Et quamquam
tibi videaris frustra laborare, ta-
men animo tranquillo ac prom-
pto bibas hunc calicem delolati-
onis tuz. Si etiam is usque adeo
crassis fæcibus turbatae mentis
permixtus sit, ut quo te omnino
veritas, plane ignoreas: nihilomi-
nus alacriter persevera solitarius
atque desertus sub cruce sancta:
nec quære gaudium exterius, ta-
meti tibi a toto mundo, vel qua-
cumque creatura offeratur. Co-
lare enim debes hanc crucem tu-
am omnes homines, præterquam
tuum patrem spiritualem cui eam
fideliter detegas: non tamen ut
ab eo aliquod impetres solatium,
sed ut te doceat, quid in hac tua
ariditate facias iuxta beneplaci-
tum Dei.

Porro

Porto nec sacra Communione,
nec oratione neque alio quo cūq; spirituali exercitio haec intentio-
ne utaris, vt in aduersitatibus tuis aliquam mitigationē aut con-
solationem accipias : sed dumta-
xat eo, vt redur spiritus a Deo
accipias, vt crucēm tuam hanc pa-
tienter sustinere possis. Et si quan-
doque ob mentis turbationem
aut distractionem, non poteris
commodē intellectu tuo vti ad
meditationes: tantum habeas ac
conserues in te voluntatem bu-
nam id faciendi : & adhibe supe-
rius notatas iaculatorias orationi-
culas, seu repentinās elevationes
mentis in Deum.

Vt ilius tameū tibi est, hanc
crucem aridæ mentis cum humili-
tate & multa patientia suffere.

K

Quic.

Quicquid enim feceris aut sustinueris pro honore Dei, optima apud ipsum oratio est. Sed & in hoc vere deuotus eris: quoniam vera deuotio nihil est aliud quam cor promptum Christum Domini nostrum, imposita humeris nostris sancta cruce, sequendi quocunque & quacumque via voluerit: ita ut Deum solum habeat pro Deo: Et quandoque Deo, propter Deum renuntiet.

Si ergo homines, præsertim religiosi & mulieres, suum in via spirituali ac pia deuotione profectum, iuxta hanc regulam (& non iuxta sensibilem deuotionem in quam propè omne studium ponunt) examinarent: haud dubie non tam ingratii, sine omni utilitate abuterentur sensibili de-

uotione ac dulcedine, quam Deus ipsis propterea largitus est, ut maiori zelo deinceps se dedarent suæ diuinæ voluntati, qui tantummodo propter salutem nostram operatus est vniuersa.

Namobrem plurimi seipso decipiunt, qui cum ab impuris abdominabilibusq; cogitationib; obruuntur, protinus pusillanimes fiunt grauiterque sibi timet, tamquam à Deo derelicti: arbitrantes impossibile esse, ut Deus cum suo spiritu in mente sic turbata & obnubilata habitet. Atque in his cogitationibus semet ita inuoluunt, ut paulatim in gravem sui ipsorum displicantiam ac quandam velut desperationem incidint. Quod cum intra se deprehendunt confessim ad soli-

K 2 tas

tas accurunt exercitationes, ut
quietam mentem recuperent. Sed
nesciunt se in hoc esse ingratos
Deo, qui huiusmodi turbationes
in ipsis ideo fieri permisit, ut ad
agnitionem propriæ vilitatis per-
mouerentur: indeque ut miseræ,
fragiles, desolatæ creaturæ, ad
ipsum glorioſiſſimum Dominum
Deum, conditorem suum arden-
tius, diligentiusque confugerent.

Itaque, fili, in huiusmodi ad-
uersitate constitutus, hoc solum
facito: meditare de tua ipsius vi-
litate in eaque meditatione te ip-
sum humilia, tuosque prauos af-
feciſus intimè considera. Hos nam-
que Deus in te esse permisit, ut
dignosceres quam procliuis ex
te ipſoſis ad omne genus vitio-
rum: quodque ſine diuina cito-
dia,

dia, auxilio, defensione, continuè ijsdem profundius immergaris.

Deinde quòque apud te ipsum concipe spem bonam ac fiduciam in Dominum Deum tuū, eò quod videas ac sentias, ipsum solum permisisse te labi in hanc grauem aduersitatem, ut occasionem acciperes ad ipsum per humilem inuocationem, orationemque appropinquandi. Propterea & ipsi mox gratias agito pro huiusmodi perturbationibus. habeasque precerto, prauas quasque cogitationes citius depelli manus ueta patientia, quam sollicito studio eas repellendi.

CAPUT XXIX.

Quod ad exsirpandos prauos affe-
ctus non sit efficacior medicina;
quam sumptio sanctissi-
mi Sacramenti Euchari-
~~stic~~ stie.

SAcrosanctum sacramentum
Eucharistie, seu Communio-
nis, varias ob causas à deo-
ris Christianis sumitur. Si
autem tu illud sumere volueris
pro medicina seu robore spiritus
contra tuos prauos affectus: at-
tende diligenter ad ea quæ te iam
docebo.

Pridiæ namque ad vesperam
prius-

Prīusquam manē sequentī ad sa-
cram communionem accedas, si
tantum temporis habeas, medi-
tare de immenso desiderio, quod
Christus Dei filius apud se habu-
it, ut per huius Sacramenti sum-
ptionem tibi vnitetur, omnesque
prauos affectus tuos ex te radici-
tūs euelleret. Hoc namque de-
siderium eius tam feruidūm, tam
que copiosum fuit, ut à nullo hu-
māno intellectu comprehendī
possit.

Vt autem in aliquam eius co-
gnitionem peruenire queas, duo
hæc tibi suscipias meditanda.
Prīus, quantæ voluptati Deo sit
habitare in nobis: cum scriptura
S. id apparet delicias Dei, dicēs.
Delicie meæ esse cū filijs hominū.

K4

Vnde

Vnde & ipse cor nostrum ad inhabitationem suam depositis, ubi dixit: *Fili, præbe mihi cor tuum.* Posterior quod meditaberis, sit, quantopere Deus cederit peccata nostra, quod ea ipsius cum nec bis uniōhem impeditant, suæque incomparabili perfectione plane aduersentur. Nam cum ipse summum sit bonum, clarissimum lumen, & desideratissima pulchritudo: non potest non vellemen-
tissime odire peccatum, quod nihil est aliud quam tenebrae, fragilitas, corruptela, & immunditia miseræ animæ nostre.

Verum ut hoc Domini Dei tui desiderium mentis tuae altius imprimere queas meditare frequenter de mirabilibus eiusdem operibus

bus in veteri & nouo Testamento.
Præsertim de amarissimæ passio-
nis ac mortis eiusdem Christi Do-
mini nostri operib⁹: quæ eò dun-
taxat suscepit, ut nos à peccatis
nostris, & ab omnibus ipsi con-
trarijs affectibus redimeret, ex-
purgaret, semperque seruaret.
Qua de re omnes à Deo illumina-
ti Ecclesiæ Doctores cæterique
pij vnanimiter concludūt ac do-
cent: Christum Dominum Deum
noscum si necesse foret, non in-
termisurum denuò ac millies
mori & quidem morte acerbissi-
ma, ut nos à minimo etiam affe-
ctu prauo redimeret.

Ex huiusmodi meditationibus
facile intelliges ingens desideri-
um, quod Dominus Deus tuus
habet ad habitandum tecum. Et
hinc

hinc poteris cum his aut simili-
bus iaculatorijs oratiunculis, fer-
uens desiderium ipsum suscipien-
di, etiam in te excitare. O Domi-
ne Deus meus veni, & adiuua hanc
miserabilem creaturam vincere
hostes suos. O Deus meus, quan-
do veniet illud optatissimum tem-
pus, ut a te qui es panis viuus, con-
fortatus, subyiciam atque deuin-
cam in me omnes prauos atq; in-
ordinatos affectus meos?

Vbi ergo per spei aduentus
Dominii Dei tui in animam tuam,
non nihil confortatus es: tunc
prouoca ad certainem passiones,
affectusque tuos, & iuxta regulam
superius traditam, iterum iterum
que

que eas perfecto odio abs te repelle. Dein excita in te desiderium illarum virtutum, quæ his vi-
tis repugnant. Quæ quidem ve-
speri pariter & mane postquam
surrexeris, facito.

Apropinquante autem hora sumendi S. Sanctam Communio-
nem: paulo antea meditare de lapsibus, erratis, ingratitudine tua in Dominum Deum tuum,
quæ à tempore præcedentis sum-
ptionis S. Sacramenti, inique
perpetrasti. Ob quam ingratitu-
dinem & indignatatem tuam, pre-
timore ac confusione sancta mes-
tuas ad Dominum tuum accede-
re. Sed protinus te ipsum, ex
meditatione propensissimæ boni-
tatis ac misericordiæ eius, iterum
in spem erige ac consolare: pie
confi-

confidēns ipsam, non attenta in-
dignitate tua, abs te velle sumi:
atque hac p̄ia fiducia confortat⁹,
alacri spiritu ad S. altare conce-
das, ipiusque Dominum Deum
tuum, in te latus susciras.

Communione autem sacra sic
sumpta, diligentissime te conclu-
das in intima cordis cui, & ostend-
de Domino Deo tuo fragilita-
tem tuam, & dic in corde tuo:
O mi Deus vides quanto per ab
hac passione seu prauo affectu oc-
cupatus sim. Vides quoq; ac se si
bene, mihi esse impossibile, ut e-
um à me ipso euellam. Proinde
banc meam pugnā contra eundem
in manus tuas resigno atq; commē-

dō, &

do, & à te solo victoriam expecto.
His tacite dictis, verte cogitatum
tuum ad cælestem Patrem, eiique
hunc suum filium, ob eam maxi-
mè causam, propter quam eum
iam in S. Sacramento sumpfisti,
piè offeras ab eoque constanti fi-
ducia auxilium expectes. Qui li-
cet te confessim non iuuet, faciet
tamen & tarditatem hanc suam
affatim copiosè tibi cùm necesse
fuerit, refundet.

CAPUT XXX.

Quomodo per eiusdem S. Sacra-
menti Eucharistiae sumptionem
affectum amoris in nobis
excitare possimus.

S I optas per sacram communio-
nem in te excitare affectum
L amo-

amoris in Deum, qui suo seruore
omnem voluntatem propriam
in te absumat: pridie ad vespe-
ram suscipias meditationem de
immenso ac ineffabili dilectione
Domini Dei cui erga miserum ac
indignum te, opus manuum sua-
rum. Nimirum, quod non con-
tentus fuerit, te ad imaginem ac
similitudinem suam ex nihilo
condere. Numque unigenitum
filium in misericordiam hunc mu-
ndum (ut totos triginta tres an-
nos, & quod excurrit: per labo-
res, molestiasque multas, tan-
demque per ignominiosissimam
passionem ac mortem, tibi in
corruptionem malitiaque seruiret)
caelitus mittere: sed ultra haec o-
mnia idem ipse Dei filius suum
verum, sacratissimumque corpus
in lan-

in sanctissimo hoc Sacramento :
tibi in salutarem cibum gratissi-
mamque refocillationem perpe-
tuò reliquerit.

Vt autem ex hoc peculiari san-
ctæ Communionis dono, te in ar-
dentem ignitumque amorem cō-
mutare possis : sic ferè meditatio-
nem de eodem institues. Princi-
pio considerabis quis ille sit , qui
hoc pretiosum tibi donum beni-
gnè contulit , nimirum ipsem et
Dominus Deus tuus, increata illa
sapientia, quæ finem nescit : cu-
ius excelsa dignitas atque perfe-
ctio omnem humanæ mentis in-
telligentiam longè lateque supe-
rat.

Dein meditare de ipsomet sa-
cramentissimo hoc doño quod sit ipse
verus ac vnigenitus Dei filius, v-

nus eiusdemque cum Deo Patre
& Spiritu sancto excelsitatis: na-
turæ atque substantiæ. Iam si
munus exiguum, a manu Regis
alicuius donatum nobis summo-
pere gratum, acceptumque est,
propter eum qui donavit: quantò
gratius nobis esse debet illud in-
comparabile donum, quod Deus
est, & ab ipsis met Deo, in ostend-
tionem suæ immensæ erga nos
dilectionis donatum atque reli-
ctum.

Viterius mentem tuam eleua
ad meditationem æternitatis di-
lectionis huius, qua ipse Deus ab
æterno incensus in diuinissimo
secreto & imperscrutabili
suo consilio decreuit, quod se ip-
sum tibi in cibum dare vellet. Et
hæc ita meditans protinus inci-
pias

pias hilari mente, lætissimoque
iubilo intra temetipsum cantare,
& dicere: O æterna Sapientia, tu
me miserum vermiculum ab omni
æternitate tantopere dilexisti; ve
tu Dominus ac Deus meus, mei in-
digni memineris, ardentissimoque
amore ac desiderio te ipsum mihi
in cibum dare dignatus sis.

Tandem vèrte cogitatum tu-
um ad vnitatem dilectionis quam
erga te vilem tam potens ac ma-
gnificus Dominus declarauit at-
que exhibuit. Quæ sanè tam im-
mensa est, ut nulla dilectio terre-
na cum ipsa vim quam comparari
possit. Eritque ea tibi etiam hoc
charior, quod eam tibi donaue-
rit non ob aliquam utilitatem su-

am : neque ob merita ylla tua, sed
ex sola misericordia ac bonitate
sua.

Postquam ergo hæc in corde
tuo diligentissimo, ferventique,
affectu ac zelo meditatus es, po-
teris intra te ipsum in hæc verba
tacite erumpere. O Domine
Deus meus, qui sit, ut me vilissi-
mam creaturam tantopere dili-
gas? O Rex glorie, cur mæ tibi
sic copulas, qui nihil aliud sum
quam abiectum sterlus, & iniuti-
lis cinis. O Domine Deus meus,
ex hoc igneo, ardentiq; amore tuo
facile agnosco te propter me so-
lum ista prestatore. Indeque etiam
agnosco & experior puritatem
dilectio

dilectionis tuæ, quod eam propterea erga me declaras, ut & ego vicissim omnem meum amorē tibi dominem. Itemq; te mihi te ipsum donasse totū, ut & ego me ipsum tibi offerre totum. Et hoc non propereat quod tu mei indiges aut aliquā ex me vilitate expectes, sed ob solam vilitatē meā. Videlicet ut per hanc salutarē iucandissimamque vniōnem, ego, vilitasque terreni cordis mei, tecum (ô Deus meus) unum cor diuinum fieret.

Hæc omnia ubi serio meditatus fueris: mox te humiliter totoque mentis affectu ac desiderio offeras ac dedas voluntati bene-

placitoque omnipotentis Dei:
semperque in te retineas seruens
desiderium ipsius diuinæ volun-
tati placendi. Et cum tale desi-
derium, amoremque in te excita-
ueris, accenderisque: etiam Do-
minū Deū tuū ad tantū tui amo-
rem permouebis, ut & ipse deside-
ratus sit, quo tu sequenti manē-
cor tuum ipsi aperias, ut ad te in-
gredi, tecum cœnare omnesque
delicias tecum habere possit.
Declarabis autem tuum mutuum
desiderium erga ipsum, hac ferē
iaculatoria oratiuncula. O cœle-
ste, diuinumque Manna, quando
venies illa optatissima hora, qua
ego te iuxta beneplacitum volun-
tatis tue intra me suscipiam!

Quando

Quando per sinceram charitatem
tibi verè vniar? Quando propter
te, ò vnicā vita animæ meæ, om-
nem propriam voluntatē, omnemque
imperfectionem meam derelinquā,
& à me excludam.

His, alijsque similibus orati-
unculis ac meditationibus poter-
is vesperi & manè desiderium
sumendi hoc sacratissimum in te
excitare, fouere & augere, ut gra-
tum Deo præstes obsequium, &
cum ipso feliciter vniaris. Inter
hæc autem diligenter quoque
curabis ut omnes facultates, po-
tentias, vites animæ tuæ puras ac
liberas serues ab omni curiositate
rerum terrenarum, omnibusque
cognitionibus otiosis ac vanis,

Ls præ-

præterea & se a suis tuos exteriores
custodias, ne per eosdem cor tu-
um disturbetur: vnde omnem
deuotionem tuam amittas.

Sumpt̄ autem hoc salutari sa-
cramento, confessim accurato stu-
dio te ad intimā cordis tui recipi-
as: ibique cum Domino Deo tuo
his, aut similibus verbis amanter,
reuerenterque loquere. O Rex
Regum Domine, quid est quod tu
iam ad me, qui nihil nisi misera,
despicabilis, vilis, cæca & nuda
creatura sum, ingressus es? Tunc
respondebit ipse tibi & dicet:
Tu es columba mea dilecta, ani-
ca mea, soror mea, sponsa mea &
dilecta mea. Ad quæ & tu: Q in-

CREA-

et etata dilectio, ô dulcissima di-
lectio, ô amicissima ac clemen-
tissima dilectio, quid pustulas à
me? quid desideras? Nihil aliud
peto, dicet tibi, quam dilectionē:
nullum alium ignem in terra cor-
dis tui ardere volo, quam ignem
amoris mei, qui omnem alium a-
morem in te absumat, tuamque
propriam voluntatem prorsus exu-
rat. Hunc, hunc desidero, quan-
doquidem aliud nil velim, quam
ut ego tuus sim. & tu vicissim to-
tus sis, permane asq; meus. Sed hoc
fieri non poterit, donec iuxta be-
neplacitum meum te mihi totum.

L 6 tradi-

tradideris. Nam absq; eo sem.
per inhærebis amori ac benepla-
cite suo proprio in omnibus actio-
nibus tuis, etiam minimis. Desi-
dero, dicet, odium tuipius ut me-
am tibi dilectionem donare pos-
sim: desidero cor suum ut illud in-
habitem, meq; cordi copulem ac
vniam: propterea namq; cor me-
um in arâ Crucis moæ apertum est.
Volo, inquam, dilectissima mea,
ne quid aliud desideres, nihil me-
diteris, nihil intelligas, videas,
sentias, nisi meipsum solum: ut ego
in te solus sim, tuque in me con-
uerteris, & in me quidem tu ha-
beas

beas perfectam beatitudinem, ego
verò in te beneplacitum.

Tandem offeres cælesti Patri
suum proprium filium, pro te,
totoque mundo, & animabus fi-
delium defunctorum. Poteris
queque in eius memoriam & si-
mul cum oblatione, qua se ipsum
cruento modo cùm penderet in
ligno S. Crucis, obtulit, omnes
sacras oblationes quæ illo die to-
to per vniuersam Ecclesiam Om-
nipotenti Deo offeruntur, pariter
offere.

CAPUT XXXI.

De spirituali Communione.

Dilecte fili, tametsi tibi per di-
em semel dum taxat sumere
liceat Dominum Deum in Sacra-

mento : tamēn spirituali sumpti-
one poteris singulis horis atque
momentis particeps fieri : ab hac
enim sumptione nulla te creatu-
ra, præterquam tua ipsius negli-
gentia ac culpa, impedire potest.
Quin etiam hæc spiritualis com-
munioni tibi nonnumquam utlior
esse poterit quam Sacramentalis,
præsertim si te ad hanc non satis
diligenter ac piè præparaueris.

Quamobrem quoties propo-
nis spiritualiter communicare,
teque èò præparas : semper inue-
nies filium Dei ac Dominum tu-
um paratum, suis te manib⁹ pro-
prijs spiritualiter cibandi. Ad
hanc autem spiritualem Commu-
nionem sic te ferè præparabis :
Conuerte animum tuum hac in-
tentione ad Deum, tuamque fra-
gilita-

gilitatem atque defectus meditando in memoriam reuoca, & simul de ijsdem veram ac intimam cōtritionem doloremque concipe: moxque amanti corde Domino Deo tuo supplica, vt fragilem tuam animam ingredi teque suo uero corpore ac sanguine per se ipsum cibare non dignetur..

Similiter, cum vehementi zelo aliquam in te prauam ac molestam passionem mortificare: vel è contrario alicuius virtutis aetum exerceere volueris: telpium prius hoc modo spiritualiter cōmunica. Verte cogitatum ad Dominum Deum tuum, ipsumq; ardenti prece inuoca, vt ad intimam cordis tui ingredi dignetur. Aut recorderis saltem prioris Sa-cramentalis Communio-nis, & teruen-

feruēti desiderio ad ipsum dicio:
Domine Deus meus quando te de-
mum in intima anima mea susci-
piam? O Deus meus, veni etiam
nunc virtute pari in me spiritua-
liter, & adiua.

CAPUT XXXII.

De gratiarum actione.

VNiuersa quæ facimus bona, à Deo proueniunt, & ipsius sunt: Idcirco & ipsi soli gratias agere debemus pro omnibus spiritualibus exercitijs, & pro obtenta victoria contra hostes nostros: quemadmodum quoque pro reliquis beneficijs omnibus quæ aut nobis solis benignè contulit, aut sunt nobis cum alijs communia.

Vt ad-

Vt autem & hoc legitime pre-
state possis, memineris praecipu-
am causam, cur Omnipotens De-
us sua nobis dona benignè con-
ferat, hanc esse: vt ipsi pie, recte
ad dignè agamus gratias. Cum-
que is ipse Dominus Deus noster,
in beneficiorum omnium largiti-
one, prius ac potius suum spe-
ctet honorem: deinde utilitatem
nostram: idcirco & tu in omnibus
acceptis beneficijs agnosces pri-
mo ipsius Dei Omnipotentiam,
Sapientiam, & immensam boni-
tatem, quae in eundis eius bene-
ficijs gloriose relucent.

Dein meditare nihil in te esse
dignum tantis Dei beneficijs: sed
qua omnia esse ingratitudinem,
miseriam, extremamque vilita-
tem. Tandem ergo exhibe te
obedi-

obedientem suæ diuinæ voluntati, & stude implere, quæ per ista beneficia Deus abs te postulat: videlicet ut ipsum præcipue ames, ipsique diligentius seruias, & totum liberè offeras ac dedas: sicut iam plenius docebo.

CAPUT XXXIII.

De perfecta suippsum oblatione.

Post gratiarum actionem pro beneficijs acceptis statim prærumpit anima in dulcem illum affectum Davidis: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Ut ergo quædamtenus satisfacere possis, offendo Deo tuo totum id quod es, habes.

habes, aut potes idque ex integras,
plenissimaque voluntate, & effi-
caci actu interioris hominis.

Considera primo profunda at-
tentione magnitudinem, & mai-
stem Dei tui (ab hac enim con-
sideratione pendet perfecta tui p-
suum oblatio) & inuenies magni-
tudini eius deberi reverentiam,
& timorem: Bonitati vero amo-
rem: Misericordiae autem eius
spem, & fiduciam, atque ita de re-
liquis eius perfectionib⁹, & attri-
butis: Et congratulaberis eidem
Deo tuo, quod sit id quod est, ni-
mirū optim⁹, maximus, sapientissi-
m⁹, sanctissim⁹, omnipotēs, infi-
nitus, quodque omnia habeat quæ
habet: compluresque actus amo-
rosæ huius complacentiæ intus
in corde tuo multiplicabis.

Deinde

Deinde, profundissima reue-
rentia flectes genua cordis tui,
totumque corpus inclinabis Deo
euo, ipsum adorans, & tamquam
supremum Dominum agnoscens
omnium creaturarum: Speciali-
us autem considera, quia totum
quod es per naturam, & per gra-
tiam, ipsius est proprium: quo-
niam ipse solus totum hoc tibi
concessit, & solus hoc in te con-
seruat: hinc enim semper te de-
bitorem agnoscet, quantumuis
magna ipsi offeras: si quidem nis-
hil poteris illi dare, quod non sit
ipsius, & ab ipso prius tibi dona-
tum: cuius dominium non po-
test amittere, etiam tum, cum in
te transtulerit.

Tertio. Ab illa cogitatione ac-
cede statim ad oblationem, & hi-
lariter,

laliter, ac reuerenter trade in manus Dei tui quicquid habes, que potes ipsi offerre: omnia scilicet quæ ipse tibi prius dedit, atque ita te ipsum restitues Deo tuo in perpetuam servitutem, ut de te statuat quicquid voluerit, siue in tempore, siue in æternitate. Nec solum generatim offeres Deo tuo radicem, ac principium omnium cogitationum, loquutionum, & actionum tuarum: Sed sigillatim eas omnes (quas ratione cui statutus exercere teneris) offerres in honorem & gloriam sanctissimi nominis eius.

Vltimò vnties, & coniuges hanc tui ipsius, rerumque tuarum oblationem, cum meritis dulcissimi sponsi animæ tuæ Iesu Christi, ut ab ipso valorem & pretium acci-

piac,

piat, quoniam à te ipso solo nul-
 lum habere possunt. Consumma-
 bis igitur oblationem tuam; si-
 multum teipse offerens eterno
 Patria meritā vnigeniti Filij eius,
 emnesque labores, quos exantla-
 uit ab ipso præsepi usq; ad cruce:
 omia. enim quæ ille egit & passus
 est tuæ sunt optes, tuæ diuitiæ, quæ
 ille mortis testamēto suo tibi re-
 hquit, tamquam hæredi meritorū
 suorum. Memineris autem hæc
 omia non pro teipso duntaxat of-
 ferre: Sed etiam pro vniuersa Ec-
 clesia, & membris illius: sic enim
 acceptabilior erit Deo oblatio tu-
 a, charitatis incenso sociata.

Similiter cum ieiunia, oratio-
 nes, aliaquæ opera bona Deo of-
 ferre volueris: considera primum
 quod Filius Dei, ista opera tua v-
 na cum

nā cum suis anteā obtulerit Deo,
& sic utraque coniunxerit atque
vniuerit: quamobrem & tu ea-
dem sic offeras ac dones cælesti
Patri. Inde namque intelliges
oblationes tuas ē puro ac sincero
corde proticisci. Et si tempore
tribulationis huiusmodi oblatio-
nes feceris: per facile omnem an-
gustiam, dolorem, miseriā atq;
pericula superabis, & Dei volun-
tatem rectissime implebis.

Si vero Christi Dōmini nostri
opera, cælesti patri suo pro deli-
ctis tuis offerre volueris, sic te ge-
res. Principio aliquantulum
considera peccata tua, & vbi co-
gnoueris te cælestis Patris iram
per te ipsum sedare, ciusque iu-
stitiæ satisfacere non posse: ac-
curre ad vitam, passionē & mor-
tem

tem Christi Domini nostri & v-
num aliquod ex istis, ritæ aut
passionis meditare. Videlicet,
quomodo ipse ieiunauerit, aut o-
raue rit, aut sanguinem fuderit:
cunc intelliges quomodo ipse met
Christus, tale opus, seu dolorem
suum pro peccatis tuis, ad recon-
ciliandum Deum tibi, obtulerit,
dicens: O mi cælestis: Pater,
iam plene satisfacio tuæ diuinæ
iustitiæ pro peccatis huius serui
tui N. & oro tuam diuinissimam
Mætie statim, ut parcas ei, & as-
sumas eum in consortium electo-
rum tuorum. In hac autem
meditatione etiam & tu offeras
cælesti Patri, istam oblationem
vngeneri Filij eius ipsumque pro
te &

te & alijs hominibus ora, vt propter oblationem hanc ac nomini sui gloriam benignè tibi & alijs condonet peccata vestra. Eandem spiritualem exercitacionem utilem facere poteris in quolibet opere ac mysterio, quod Christus Dominus noster in hac vita operatus est.

CAPUT XXXIV.

De petitione gratiae.

Postquam æterno patri obtuleris pretiosissimum thefau-
rum sanguinis, & meritorum Christi: confidenter poteris ab ipso
postulare, quæcumque fuerint necessaria: sed ut hoc deinceps
prestes.

Primo excita in te ipso fiduciam ex recordatione summorum

M bene-

beneficiorum quæ à liberali ma-
nu Dei accepisti: nihil enim ma-
iorem fiduciam præstat noua be-
neficia impetrandi, quam illius
immensa recordatio liberalita-
tis, qua Deus in necessitatibus
præteritis tibi succurrerit: ab ista
autem fiducia pendet tota petiti-
onis tuæ efficacia, & sine ea nihil
potest à Deo obtineri.

Secundò: Cura diligenter ut
hanc fiduciam summa comitetur
humilitas: ita ut paucitati, &
paruitati meritorum tuorum dif-
fidas, benignitati autem & libera-
litati Dei meritisque dulcissimi
sponsi tui Christi magnanimiter
innitaris. Nec tamen præ humi-
litatis specie fias pusillanimis, &
formidolosus, nec grandia bene-
ficia à Deo postulare metuens:

quamvis enim æquum sit miseri-
am tuam agnoscere, & quām pa-
rūm aut nihil merearis: non est
tamen desperandum de diuina
bonitate, nec tenuiter aut vili-
ter de eius largitate sentiendum:
non est despondendus animus,
quia si parūm merearis, tanto me-
liorem occasionem ædoptus es
multa petendi: dona enim Dei
non fundantur in tuis meritis, sed
in meritis Christi, quæ sunt infi-
niti valoris & dignitatis.

Tertio conare petitionem tuam
crebris, feruorosissq; desiderijs so-
ciare: nempe vt ardenter deside-
res obtinere quod petis: quoni-
am enim à pientissimo patre quæ
tibi necessaria sunt, postulas, qui-
que non solum iubet vt petas ma-
gna sed etiam irascitur si non pe-

tas, & pollicetur daturum se quæcunque petieris: non definie tibi Nam m'gera delideria obtinendi ea quæ a tam liberali patre postulas. Plerumque enim ideo non obtinemus quod petimus, quia non magnopere delideramus obtinere: sed petimus solum tepida voluntate, quia ratio & fides dictat esse necessaria quæ petimur, non quia multum cupiamus ea à Deo accipere cuius rei causa est, quia affectum voluntatis in terrenis n'gentes, quæ intellectu cōtemnuntur, voluntate magni facimus. atque ita licet iudicemus, animum esse ab illis ad aliora eleuandum, non tamen cupimus ab eis separari. Quod si illud vehementer & veraciter, & ex animo desideraremus, statim petitiōnes

ones nostræ effectum sortirentur.

Tandem curandum tibi est, ne petitioni tuæ desit: 1. affectus charitatis erga proximos: non enim sufficere tibi debet quod pro teipso feruenter petas, sed erga alios omnes effectum obtainendi diuinam gratiam extende. 2. non desit perseverantia; solet enim Deus differre, & prolongare petitionis nostræ adimplitionem; ad maiorem utilitatem nostram, utque in nobis crescant magisque ferueant sancta delideria sicut in Canaanæ, & vidua Evangelica contigit. 3. non desit resignatio propriæ voluntatis, quatenus ita desideria cordis tui Deo representes, ut magis in eis diuinæ voluntatis, quam tuæ beneplacitū expectes: sicut Christus

M 3

in hor-

in horto petijt, non vt fieret vo-
luntas sua, sed æterni patris sui.

CAPUT XXXV.

*Pro modo deuotè meditandi quo-
dam annotatiuncula.*

1. **A**Nequām in lectulo sub no-
ctem decumbas, mysteri-
um vitæ Christi Domini, aut ar-
gumentum quodcumque pium
quod sequenti die meditari pro-
ponis, attente & consideratè per-
lege: & in duo vel tria puncta seu
particulas diuide memorię que
fideliter commenda.

2. Expergesfactus, nulli alteri
cogitationi vaca, sed cura vt pri-
ma cogitatio sit de eo quod tibi
in meditatione ruminandum pro-
posuisti:

posuisti: repetas ergo puncta quæ nocte præcedenti paraueras, & cogita quod statim cum Deo tuo colloqui debeas.

3. Quare uno, aut altero gradu subsistens, antequam ad locum orationis venias, per interuallum quo possit bis dici Pater& Aué: imaginare ipsum Deū, quem adorant Angeli, præsentē in oratorio te expectare, ut ad colloquiu cum ipso ineundum accedas & intuere penitus omnia quæcumque facis aut facturus sis inter orandum. Conare hanc veritatem firmiter animo tuo imprimere, nempe quod Deus tuus sit ibi in oratorio reuera præsens, & profundam illi reuerentiam ipso corpore, & corde exhibe tanquam licentiam humiliter postulans cum ipsius maiestate colloquendi.

4. Positis genibus in loco orationis, offer Dōmino Deo omnes cogitatus, verba & opera, quæ in omni vita tua sis habiturus: sp̄ciatim autem ea quæ in præsenti orationis exercitio habere proponis ut cedant ad ipsius honorem: & pete gratiam, qua possis tanta cum attēntione, deuotione, & reuerentia exercitium tuum peragere, sicut oportet eum, qui cum Deo colloquitur.

5. Statim te ipsum imaginare præsentem in ylterio, quod proponis ruminare, locoque in quo contigit: sic enim cogitatio tua ab omni diuagatione stabilietur, certo quasi pale religata. Exempli causa, si meditaturus sis de incarnatione Ch̄risti, cogita te præsentem adesse colloquio Angeli-
co:

co : & in secreto illo cubiculo vi-
dere , & audire Archangelum
cum sanctissima Virgine sermo-
nes mutuos habentem : Si de fla-
gellatione Christi futura sit oratio,
puta te coram videre Christum
Dominum columnæ alligatum,
& in humanos illos carnites ip-
sum flagellis crudeliter cedentes,
& hæc mysterij conformatio pro
modo mysteriorum varianda est.

6. Inspecto ita mysterio, & ante
oculos mentis polito pete a Deo
auxilium, ut ex hac oratione haui-
rias id quod cupis : & ex medita-
tione incarnationis dominicæ, lu-
cem postula spiritualem, qua clia-
re penetres & intelligas ineffabi-
lem amorem qui eum mouit, ut
pro te homo fieret : Ex confide-
tatione passionis pete gratiam.

com-

ccompatiendi, ac condolendi cum Christo : atque ita varios affectus postulabis , prout argumentum orationis tuæ admonebit.

7. Hinc iam à primo puncto incipies : & siquid in eo inuenias , quod affectum moueat, in eo persevera , donec expleueris tempus exercitio tuo assignatum : si in primo puncto non inuenias affectum, quem velles aggredere secundum punctum.. Et ut summatim dicam, in quacunque consideratione proposita reperias ex ardescere pium affectum , in illa ruminanda immorādum tibi est : nec ulterius progrediendum, donec in illo affectu deuotioni tuæ satisficeris.

8. Non permittas intellectum curiosè considerationes altas a-
ut de-

ut delicatas prosequi: sed eate-
nus solum discursu eius vtere,
quatenus sufficiat ad inflamman-
diam voluntatem, piosque in ea
affectus, & bona proposita exci-
tanda. Ideoque ex omni consi-
deratione affectum elice, ex omni
affectu sanctum aliquod proposi-
tum determinatè, & particulariter
educito ut scilicet, hoc vel illud
eo die in honorem Dei facias, hoc
vel illud virtù emēdes, in hac vel
illa re te ipsum mortifices. Hic
enim omnis fructus est orationis.

9. Statuas firmiter apud te ip-
sum, integrum tempus orationi
assignatum in ea insumere. nec,
nisi plenè elapsò tempore, ab o-
ratione exurgas, quantumuis arid-
dum te experiaris, quantumuis
inuenias te varijs distractionibus
impū-

216 216 PVGNA

impugnatum: plerumque enim talis oratio in eo qui diligenter resistit, & patienter gratiam devotionis expectat, securior est, maiorisque meritis, quam si magna deuotionis suauitas tentiretur.

10. Peracta oratione, paulisper teipsum examina, quomodo te inter orandum gesseris & si benè, gratias agas Deo; si negligenter, proponas emendare; & notes causam cur male successerit; ut ab ea in posterum caueas.

11. Exercitia seu mysteria quibus ruminandis teipsum exeres, sint ordinata, vt scilicet ab incarnatione Domini incipiens, inde suo ordine totam Domini vitam percurras non vero inordinate, & per saltum, modo hoc mysterium

num

nim
ter
de-
est,
ma-
tire-

isper
o te
benè,
nter,
cau-
ab ea

qui-
erces,
ncar-
inde
yta m
nate,
nyte-
num

riū modo illud incerta electio-
ne assumens.

CAPUT XXXVI.

*Exercitium ante sacram Commu-
nionem.*

1. **C**onformatio loci ad stabili-
liendam mentem sit, vt im-
agineris Christum Dominum,
multitudine Angelorum stipa-
tum, coram oculis animi intueri,
& omnes illas angelicas, & bea-
tas mentes ipsum adorantes ma-
xima cum reuerentia.

2. Petre humiliter, quando qui-
dem iam dignetur ad hospitium
animæ tuæ diuertere, vt omnia
ornamenta ad ipsum dignè exci-
piendum necessaria præmittat,

N

quoni-

quoniam tua paupertas nihil ipsius maiestate dignum præparare possit.

3. Considera, quis sit ille, qui ad te venit excipiens, ille nimicum qui ab Angelo vocatus est Jesus, hoc est Saluator generis humani: ille in quo uno repositum habes remedium vulnerum tuorum: ille cui tantopere insedit amor & cura salutis tuæ, ut ipse personaliter venerit ad eam procurandam suamque interposuerit authoritatem cum periculo honoris, & vitæ suæ, usque ad ignominiam crucis in qua pependit clavis distentus, plagis dilaniatus, & cruento suo purpuratus. Et in hac consideratione multum insiste, est enim propria Sacramento huic recipiendo iuxta iphus Dominii

mīni præceptum : Hæc quotiescumque feceritis in mei memoriā facietis.

4. Considera quid facturus accedat ad te Dominus tuus : nimirum, ut operetur in anima tua, unionem tui cum ipsius maiestate, ex qua vnione resultabit vita quædam diuina, quam deinceps Christo vnitus, viues. Cibus enim eiusdem qualitatis humores generat qualis ipsemet est ideoq; cibus hic diuinus, non est mirum si anima quodammodo deificeret : *Qui māducat me viuet propter me,* inquit ipse Dominus.

5. Considera ad quem veniat Dominus tuus : ad vermiculum terræ, ad vas corruptione, & putredine repletum : & fortasse

N^o 2 (quod)

(quod indignus est) ad inimicum suum, ad contemptorem legum, & mandatorum eius, ad vilem transfugam, qui partes Dei reliqueris pro castris diaboli.

6. Humiliter igitur supplica benignissimo Domino, ut quoniam ipse sua sponte, non tuis meritis dignatur ad te in Sacramento accedere, dignetur etiam te gratia sua præuenire, donis spiritus sancti adornare, ut dignum fias corporis eius sacri receptaculum: sicut humili præuentione in venerabili virginæ matris utero domicilium sibi præparauit.

CAPUT XXXVII.

Modus deuotè offerendi sacrificium Missæ.

Præcedens

Præcedenti meditatione, vel
alia simili inflammatus, ejice,
ac semoue à corde tuo res omnes
sensibiles, & fige aciem mentis
tuæ in solum Deum purè, libere,
& quietè, absque omni tumultu
extranearum cogitationum, & in-
uocato reuerenter spiritu sancto,
recita hymnum Ecclesiæ

Veni creator spiritus &c.

Cum autem te ipsum induere
paras sacris vestimentis, confide-
ra attente mysteria, quæ singulis
vestibus significantur: & deinceps
ab eo temporis articulo, assume
in te personam Christi, quem in
hac sacra actione repræsentas, ut
ita coneris omnes actiones exter-
nas & internas conformare per-
sonæ, quam geris.

N;

Quan-

Quantum quidem ad compositionem externam, cura ex sacra-
rio egredi, vestimentis æqualiter
& decenter fluentibus, incessu
graui, vultu sereno, oculis dimis-
sis, nihil omnino attendens eo-
rum quæ in Ecclesia geruntur.
Voce utaris demissa, graui, sedata:
non præcipitanter, sed nec
syllabatim, verum decenti pauca
verba sacra relegens, & sanctas ce-
remonias ornatè & tempestiuè
peragens: singula attente perficiens,
in canone præsertim, &
maximè cum ad verba consecra-
tionis peruereris.

Quantum autem ad interio-
rem compositionem: cum ad al-
ris gradus accesseris, propone ti-
bi ante oculos mentis Christum
Iponsum ac Dominum tuum in
excelsis

excelso throno gloriæ & maiestatis circumstipatum Angelis & beatis spiritib⁹ qui iamiam descendurus est e throno ad altare, vt animam tuam pauperculam ditec immenso diuinitatis suæ thesau-ro : & ex tantæ maiestatis intuitu recognosce vilitatem, & nihilitatem tuam , atque ita te ipsum interius, exteriusque profundè humilians , inchoa sacrificij actionem : & hanc præsentiam Christi in throno suo sedentis, & deuotionem tuam intuentis conserua usque ad consecrationem , qua peracta , habes ipsum deinceps in altari , & intra manus , & quasi amplexus tuos sacramentaliter præsentem .

In priore memento , ita te ipsum geres. Intueberis spirituali-

ter in corde tuo Christum Crucifixum, & in ipsius plagiis mellifluis omnes necessitates tuas, omnemque indigentiam tuam depones. Et primum ad sanctissimum caput ipsius offeres missam, quam facis ad honorem æternum beatissimæ Trinitatis, & ad gloriam accidentalem Matris Dei, Angeli custodis, & sanctorum, quos in protectores & patronos tuos assumpisti & totius curiæ cœlestis: quos omnes simul coniunges in vulneribus venerabilis capitum Domini tui orabisque eos, quandoquidem tu in hac valle lachrymarum constitutus conaris ipsum gloriam augere, vt ipsi in patria cœlesti, tui memores esse dignentur & particulariter ut tecum offerant Deo principalem.

huius

huius Misericordiae intentionem.. Ad vulnus manus dexteræ orabis pro vniuerso statu ecclesiastico , pro Pontifice, Cardinalibus , Episcopis, & Pastoribus populi Christiani , pro statu religiosorum , & monialium, & prælatis eorundem, pro quib⁹ omnib⁹ deuotè offeres hoc sacrificium. Ad vuln' manus sinistræ, offeres sacrificiu hoc pro statu laicorū, pro regibus, & principibus ac magistratib⁹, populo- que vniuerso : & specialiter pro parentibus, & amicis, aliisque se- cularibus qui se tuis orationibus commendauerunt.. Ad dulcissi- mum cor Christi te ipsum solum Deo offeres, vitam anteactam illi humiliter repræsentans, vt misericorditer condonet : & præsen- tem, vt eam sua gratia dirigat : o mnes item necessitates tuas spiri-

tales, & corporales, valetudinem, tentationes, desideria, occasiones, que ipsi manifestans omnes cogitationes, verba, opera futuræ virtutæ ipsi in honorem æternum eius consecrans: ac denique totum se ipsum in ipsius prouidentiam fiducialiter, ac reuerenter reliquans de cætero securus, quandoquidem in eius manus res omnes tuas tradideris, qui melius, & diligenterius tuum commodum curaturus sit, quam tu ipse petere, aut sperare potueris. Ad vulnus dextri pedis offeres Missam pro omnibus, qui in gratia, & charitate Dei persistunt, orabisque Deum, ut eos in sua amicitia conservet. Ad vulnus pedis sinistri offer sacrificium pro omnibus peccatoribus, ut Deus ipsos convertat.

uertat, & illuminet: pro pauperibus, infirmis, & quacunque afflictione oppressis, ut ipsos solari, & liberare dignetur, & tandem pro omnibus, pro quibus orare debes, & teneris, & finem impones huius oblationi per illa verba
D. Augustini: *Commendo eos quos tu vis & scis, & velle me nosti. Sic onustum (ut sic dicam) Christum omnibus petitonibus, & necessitatibus tuis æterno patri in hoc sacrificio offeres, dicens illa verba psalmistæ. Protector noster aspice Deus, & respice in facie Christi tui. Quod peracto prosequeris actionem Missæ.*

In secundo memento, Christum habes sacramentaliter præsentem

iam gloriosum, & resuscitatum :
cui te ipsum vnire conaberis in-
timō affectū, & intra latus ipsius
temetipsum includes, vt ibi tuto
requiescas, securus ab omni im-
pugnatiōne inimicorum : ibi ex
animo propones ipsius Christi
beneplacitum, deinceps per om-
nia, & in omnibus operari, & co-
naberis dulcissimum illum Daui-
dis affectū induere, cum diceret :
**Quid enim mihi est in cælo & à
te quid volui super terram ?**
Tunc offeres sacrificium in par-
ticulari pro animabus defunctorum,
& reliquum Missæ prose-
queris.

CAPUT XXXVIII.

*Exercitium post sacram Com-
munionem*

Primo

PRIMO representabis tibi ipsi Christum Dominum glorio-
so Angelorum, beatorum-
que spirituum ipsum ado-
rantium cætu circumuallatum.

Deinde petes ab ipso Gratiam,
ut quoniam præter omne meri-
tum tuum dignatus sit sub tectum
tuum intrare, dignetur etiam vir-
tutum omnium ipsi placentium
supellectilem tibi concedere, &
radijs lucis cælestis animam tuam
illustrare, sicut sanctum Simeo-
nem illustrauit, ut eodem modo
Christum venerabiliter, & humi-
liter amplectens, possis cum illo
sene dulciter dicere, Nunc dimi-
tis, &c.

Considera illum, quem susce-
pisti, eundem esse Dominum
Deum tuum, de quo ante comu-

nionem tam magnifica medita-
tus fuisti.

Gratias age ipsi pro immenso
beneficio isto, quod se ipsum tibi
communicare, & vnitre voluerit:
& suppliciter pete ut non transe-
unter id faciat, sed ut tecum per-
seueranter maneat.

Considera te ipsum, quam indi-
gn⁹ sis tanto hospite, quam pau-
perē domū, quam inornatam imo
quam immundā, quam plenā stre-
pitū passionū, & perturbationū
Deo tuo exhibeas: & conare dolo-
rem elicere pro offensis tuis, &
verecundiā, ac pudorem pro ne-
glectu & immunditia animæ tuz.

Pete tandem feruentissimo de-
siderio, ut ipse, qui est rex gloriæ,
& fons totius puritatis, animam
tuam suis ornet virtutibus, om-
nesque

neque sordes tuas aqua cælestis
gratiæ emundet, atque ita insepa-
rabiliter te ipsum sibi vniat, &
coniugat, ut nulla res creata te ab
ipso separet: ita firmiter cubicu-
lum animæ tuæ claudat, & signa-
culo aioris sui obseret, ut ipse
solus in eo semper quiescat, ut
nullus umquam aliis hospes ad-
mittatur.

CAPUT XXXIX.

Examen quotidianum.

Ad conscientiæ tuæ munditi.
am conseruandam, omni die
in ipsam descēdere debes, omnes
eius angulos diligenti examine
discutiens, ut siquid ibi lateat sor-
didum, statim eliminetur.

Manc.

Mane igitur tria facies. Primb
gratias ages Domino Deo pro o-
mnibus beneficijs anteacta nocte
receptis, & in speciali, quod te à
morte subitanea, & ab insidijs di-
aboli liberauerit. Deinde offre-
res Domino ex toto corde tuo,
omnia, quæ eo die cogitaturus,
loquuturus aut acturus sis: & pete-
à beatissima virgine ut hanc tui-
ipsius, actionumq; tuarum obla-
tionem purissimis manibus suis
vnigenito filio suo ynà tecum
præsentet. Tandem fiduciam
ex diuina assistentia concipiens
propone firmiter cum diuino au-
xilio, ne minimo quidem peccato
yeniali Deum eo die offendere.

Noctu autem parum antequam
decumbas, examines te ipsum
quomodo huic proposito stete-
ris.

ris. Prius autem quam ad examen ipsum venias, cogites tibi Deum præsentem cui rationem diei exacti sis redditurus: & conare affectum pudoris & confusonis excitare, sicut seruus ante indulgentissimum Dominum: vel sicut miles perfidiæ reus astaret coram Rege suo, à quo ex plebeia fortuna ad summum gradum nobilitatis fuerit evectus: multo maiori pudore debes tu suffundi, considerans teipsum astare coram Deo, cui tam negligenter inseruieris, quem tam audacter offenderis.

Primum itaque gratias ages Domino Deo pro vniuersis beneficijs acceptis ab instanti creationis, ac nativitatis tue, ad illam usque horam: specialiter pro beneficijs

neficijs illo die acceptis: Inuitabis omnes Angelos, ac sanctos Dei, omnes fideles, præcipue beatissimam virginem, ut te ad gratias dignè agendas adiuuent: & particulatim beneficia recense, creationis, conseruationis redemptionis, vocationis ad fidem, remissionis tot, ac tantorum peccatorum, & quod tot annos conversionem tuam expectauerit, &c.

Secundo pete lucem, & gratiam cognoscendi desensus, negligencias, & peccata, quæ eo die commisisti, doloremque, & contritionem pro eisdem: quia enim tam multa sunt, sine diuina luce non possumus ipsa agnoscere, nec sine eius auxilio grauitatem, & enormitatem eorum dignè ponderare.

Tertio

Tertio discurre per omnes horas diei, & examina diligenter, quid in quavis cogitaueris, dixeris, feceris, vel omiseris, ut ita aduertas qua in re Dominum offendieris.

Quarto (quod præcipuum est in hoc examine) coneris summum dolorem excitare pro offensis commissis: ita ut ex animo magis tristeris, Deum offendisse, quam si quiduis, etiam molestissimum passus fuisses: Et procures ut dolor hic sit, non propter metum supplicij, sed propter reverentiam Dei, propter summam estimationem diuinæ maiestatis, & quia Deum super omnia amare, ac reuereri cupias, & deinceps amaturus, ac reueriturus sis.

Quinto tamdem pete veniam
præteri-

præteriorum, & propone firmi-
ter emendationem futurorum,
particulatim promitte, ac statue
propter amorem ipsius, hanc, aut
illam occasionem peccati evita-
re: hanc aut illam opportunita-
tem te ipsum emendandi ample-
cti.

Quod si in examine isto inue-
nias, non ita multa fuisse errata
tua, ut inde ad dolorem, aut pu-
ddorem mouearis: totum hoc ac-
ceptum feras diuinæ misericor-
diæ, non tuæ diligentia, aut vir-
tuti: & reuoces ad memoriam
antreactæ vitæ peccata: & cogites
aliorum in sæculo lapsus, quibus
multo fædius lapsus fuisses, nisi
Deus te diuina gratia sua vltra o-
mne meritum tuum, imò cum
multis demeritis tuis præuenis-
set.

CA.

CAPUT XXXX.

Conclusio totius operis.

Multa essent adhuc dicenda, sed hæc impræsentiarum pro concessa mihi facultate dixisse sufficiat. Et sane si tu hactenus dicta, memoria retinere, ope- reque completere studueris: non parum, sed multum satis, & didicisti, & laborasti.

Scias tamen ob intellectus tui imbecillitatem, & meam, qua in hoc scripto vti oportuit, breuitatem: tibi necessarium esse, ut omnia hactenus tradita, studiosissime mediteris. Per diligentem enim meditationem, & continuam exercitationem, magnum robur spiritus tibi certo conciliabis,

bis, ad superandos, profligandos.
que cunctos hostes tuos.

Vnusquisq; ergo apud se ipsum
statuat se proposita hacenus ar-
ma in manus sumere , contraque
hostes suos strenue , viriliter con-
stanterque dimicare velle . Pugna
enim hæc eiusmodi est, vt nullus
hominum eam possit subterfuge-
re sed singulis quibusque omnino
pugnandum sit . Qui enim non
pugnat, hic perpetuò viacus, mor-
tuusque iacebit, quicumque fuerit.

Sed nec illa spes est Pacis ,
quamdiu nobis cum his hostibus
negotia sunt : & quidem omnium
maxime nocent his, qui cum eis
pacifice vivere, & quasdam velut
inducias pacisci voluerint . Tu
ergo eos, quantumlibet potentes,
& trucule, si fuerint , ne timeas :
quia

quia omnis eorum potentia, ac
imperus, est in manibus supremi
Ducis militiæ Christi Domini no-
stri, propter quem tu pugnam
hanc subiisti. Obidque nemo in
hac pugna superatur, nisi sponte
sua voluerit.

Nec te terreat, aut pusillani-
mem reddat, quod Dominus De-
us tuus propter quem pugnam
hanc ingressus es suum auxilium
ad vincendum hostem, nonnum-
quam diutius differat. Certissime
ehim tibi persuadere debes, ipsū
Deum, ob summam bonitatem,
& omnipotentiam suam, omnia,
quæ nobis suis militibus in qui-
buscumque rebus, negotijsque e-
ueniuut, præsertim incommoda,
aduersaque in nostram utilitatem
dirigere, & ut in optatissimum fa-
nem


nem exeat, benignè prouidere.
Hæc meditatio generabit in te
cor excelsum, ac constans ad pu-
gnandum. Proindeque etiam si
victoria, nonnumquam sequatur
tardius, aut diutius differatur:
credas firmiter id propterea fieri,
ut latens infra te iuperbia exclu-
datur, vtque humilis fias, ac ma-
neas: Vel vt in virtutibus conti-
nuè magisque proficias, & miles
tandem exercitatus reddaris.
Nam per varias, continuasque
pugnas homo exercetur, mul-
tumque proficit in arte pugnan-
di: aut saltem obtinet aliud quod-
dam bonum, quod Deus in utili-
tatem eius benignè, sapienterque
aliquandi occulcat.

Propterea, dilecte fili, alacri,
& heroico animo ingredere hanc,
pugnam

pugnam : ne sis ingratus Domino
Deo tuo, qui tantopere dilexit te,
vt seipsum propter te , in mor-
tem tradiderit. Et attende dili-
genter ad omnem voluntatem ,
omnia que mandata ipsius , vt &
omnes ad vnum hostes tuos pe-
nitius extirpes , atque profliges.
Quamdiu enim unicum ex ipsis
viuere sines, erit tibi festuca in o-
culo, & in latere lancea , que te
a gloria Victoria semper impe-
dient.

F I N I S.

INDEX



INDEX

CAPITVM

HVIUS OPERIS.

QVIBVS in rebus per-
fectio Christiana consi-
stat: Et de quatuor ad
eam obtinendam necessarijs.

Caput. I. pag. I.

De diffidētia suipius. Cap.

2. pag. 15.

De con-

I N D E X

De confidentia in Deo. Cap.

3. pag. 19.

De exercitatione: & primū
de intellectu. & quomodo ab
ignorantia & curiositate cu-
stodiendus sit. Cap. 4. p. 27.

De voluntate: deg̃ sine in
quem omnes actiones nostras
debemus dirigere. C. 5. p. 37.

De duplice voluntate in ho-
mīne: & earum continua inter-
se pugna. Cap. 6. pag. 45.

De pugna cōtra affectus sen-
sualitatis: deg̃ interiori exer-

O 2 citati-

INDEX

citatione voluntatis ad comparandas virtutes. C. 7. p. 51.

Quid faciat, cui videbitur superior voluntas sua seu ratio, ab inferiori voluntate seu sensualitate, iam deuicta, eidemq; omnino subiecta. Cap. 8. p. 61.

De occasione pugnae non fugienda. Cap. 9. pag. 68.

De pugna aduersus subitas tentationes, passionesq; Cap. 10. pag. 73.

De pugna contra carnem nostram eiusq; prava desideria. Cap. 11. pag. 78. P

INDEX

De pugna contra acediam,
negligentiam, pigritiam.

Cap. 12. pag. 89.

Quomodo sensualitatem suā
homo regere debeat. Cap. 13.
pag. 91.

De ordine pugnandi cum ho-
stibus nostris. Cap. 14. p. 99.

Quid faciendum illi qui ab
hostibus devictus, grauiterq;
est Iesus. Cap. 15. pag. 100.

Quod spiritualis homo sem-
per debeat habere cor quietum
ac lātum in Domino. Cap. 16.

pag. 105. 03 Quod

INDEX

Quod diabolus hominem saepe per pia proposita decipiatur, & à profectu virtutum impeditat. Cap. 17. pag. 110.

Quibus dolis diabolus nos à virtutum studijs abducere molitur. Cap. 18. pag. 115.

Quomodo aduersarius noster insidiosè moliatur, ut virtutes nostræ acquisitæ, nobis occasio sint ad ruinam. Cap. 19. p. 121.

Vt in pugna spirituali numquam nobis blandiamur de hostib[us] deuictis : sed solitas nostras

INDEX.

- ſeras exercitationes subinde i-
teremus, velut adhuc eſſemus
tyrones in hac ſpirituali pala-
ſtra. Cap. 20. pag. 128.
De ſancta Oratione. Cap.
21. pag. 129.
Quid oratio interior, quæ ♂
contemplatio ſit: ♂ quis eius
uſus, Cap. 22. pag. 134.
Quatenus homo orationi in-
teriori contemplationem ad-
iungere poſſit. Cap. 23 p. 138.
De quodam alio modo orandi
per meditationes. C. 24. p. 142

I N D E X

*De modo orandi per interces-
sionem Beatæ Mariæ Virginis*
Cap. 25. pag. 144.

*Quomodo orandum ac medi-
tandum sit per Angelos, cæte-
rosq; beatos in cælis.* Cap. 26.
pag. 150.

*Quomodo sanctam crucem,
et Christum Dominum in ea
affixum pendentem meditari
debeamus: ut bonos affectus
ac motus in nobis excitare, vel
à Deo consequi possimus.* Cap.
27. pag. 153.
Desen-

INDEX.

De sensibili deuotione, &
contraria ariditate ac dereli-
ctione fidelis animæ. Cap. 28.
pag. 164.

Quod ad extirpandos prauos
affectus non sit efficacior me-
dicina, quam digna sumptio
S. Sacramenti Eucaristiae.

Cap. 29. pag. 174.

Quomodo per eiusdem S. Sa-
cramenti Eucaristiae sumpti-
onem affectum amoris in nobis
excitare possimus. Cap. 30.

pag. 181.
De spiri-

INDEX

- De spirituali Communione.*
Cap. 31. pag. 193.
De gratiarum actione. Cap.
32. pag. 196.
De perfecta suūpsius oblati-
one. Cap. 33. pag. 198.
De pectione gratia. Cap. 34.
pag. 205.
Pro modo deuotè meditandi
quædam annotatiunculæ. Cap.
35. pag. 210.
Exercitiū ante sacram Com-
munionem. Cap. 36. p. 217.
Modus deuotè offerendi sacri-
ficium

I N D E X.

- ficiū Missæ C. 37. p. 220.
Exercitium post sacrā Communionem. Cap. 38. p. 228.
Examen quotidianum. Cap. 39. pag. 231.
Conclusio totius operis. Cap. 40. pag. 237.
- Ad laudem & gloriam Dei
& ad honorem B. MARIAE
semper Virgini.



Urgent


*


**

A*M*


**











Biblioteka Jagiellońska



stdr0026751

